MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80541-9

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR

AUTHOR:

KLUGE, HEINRICH

TITLE:

SYNTAXIS GRAECAE QUAESTIONES...

PLACE:

BERLIN

DATE:

1911

Master Negative #

92-80541-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.5
Z8
v.9 **Kluge, Heinrich.** Syntaxis Graecae quaestiones selectae. (Berlin 1911: G. Schade.) 61 S. 8°

Berlin, Phil. Diss. v. 30. März 1911, Ref. W. Schulze, Vahlen

[Geb. 16. Jan. 87 Berlin; Wohnort: Charlottenburg; Staatsangeh.: Preußen; Vorbildung: Joachimsth. Gymn. Berlin Reife O. 06; Studium: Berlin 9 S.; Rig. 2. März 11.] [U 11. 248

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches






MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No 2

8-81.52
26

SYNTAXIS GRAECAE QUAESTIONES SELECTAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

HENRICUS KLUGE
BEROLINENSIS.

DIES PROMOTIONIS: DIE XXX. M. MARTII MDCCCCXI.

192

Rettulerunt ad ordinem de hac dissertatione

W. Schulze Dr. Prof. publ. ord.
Vahlen Dr. Prof. publ. ord.

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE)
TYPOGRAPHUS UNIVERSITATIS, LINIENSTR. 158.

IOANNI VAHLENO
GVILELMO SCHVLZE

d. d. d.

I. De imperativo.

1. De imperativi adiumentis sive de imperativo emphatico.

Imperativo si utimur loquentes, id studemus efficere, ut inter nos quid et eum quem alloquimur conveniat, cum aut nos aut ille in voluntatem alterius concedamus. Pro maiore vi, quae semper inest in verbis imperantis, hunc modum fortius distingui et quasi efferri ex tenore sermonis placebat, quo gravius ad aures audientis accederet. Qua in re Graeci inprimis *ἀλλά* particulam ita adhibuerunt, ut filo orationis quasi interrupto imperativo sequenti plus ponderis tribueretur. quae ratio semper apud Graecos valuit. sed apparet hac particula non ipsam sententiam imperativam augeri, sed potius secerni a cetera oratione. Itaque iam apud Homerum usitatissimum videmus praemitti imperativis certorum verborum imperativos, qui propria significatione perdita quasi ipsum imperium significantes imperativum sequentem augeant et adiuvent. Quem in modum ab Homero unius verbi *ἄγειν* imperativi *ἄγε, ἄγετε* adhibentur. Quod autem tota Graecitate non nisi alterius personae imperativi emphatici exstant atque ei saepe coniuncti cum imperativis tertiae et primae, non mirum est: nam imperativi primae personae haec est sententia, ut alter, quocum loquimur, actionem imperativo significatam fieri patiatur, et similiter imperativo tertiae personae saepissime id significatur, ut altera persona ea, quae tertiae imperantur, concedat, ita ut apte imperativus alterius praefigatur.

Nudum *ἄγε* praeter formulam *εἶπ' ἄγε* (*Γ* 192. *I* 673. *K* 544; *o* 347. *ψ* 261) quinquies legitur:

Θ 139: *Τυδεΐδη, ἄγε δὴ αὖτε φόβονδε ἔχε μώνυχας ἵππους.*
Ω 407: *εἰ μὲν δὴ Θεράπων Πηληιάδεω Ἀχιλῆος*
εἶς, ἄγε δὴ . . κατάλεξον.
β 349: *μαῖ' ἄγε δή μοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον.*
τ 16: *μαῖ' ἄγε δή μοι ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκας.*

praeterea *νῦν δ' ἄγε* *A* 141. *X* 391 et *δεῦρ' ἄγε* *Θ* 145, 205. *μ* 184 et cum imper. plur. *γ* 475 *παῖδες ἐμοί, ἄγε . . . ζείξατε* et *Θ* 11 *δεῦτ' ἄγε*.

Ceteris locis omnibus cum *ἀλλά* particula coniunctum est, atque cum imperativo alterius singularis in Iliade 34×, in Odyssea 41×. Deinde aliquotiens vis emphatica aucta legitur particula *εἰ*, imperativo alterius vel primae sequente, 10× in Iliade, 9× in Odyssea. Apud pluralem *ἄγετε* exstat

X 381: *εἰ δ' ἄγετ' ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθέωμεν.*

Hoc tam frequenti usu accidit, ut imperativus *ἄγε* quasi formula vel particula factus non solum cum singulari sed etiam cum plurali coniungeretur. Ita legimus cum altera pluralis coniunctum in Iliade ter:

B 331: *ἀλλ' ἄγε μίμνετε πάντες.*
Z 376: *εἰ δ' ἄγε μοι, δμῳαί, νημερτέα μυθήσασθε.*
Θ 18: *εἰ δ' ἄγε πειρήσασθε,*

at in Odyssea 13×: *γ* 475 *ἄγε-ζείξατε,* ceteris locis *ἀλλ' ἄγε* *β* 212 (= *δ* 669), 252. *γ* 332. *Θ* 250. *μ* 298 (= *σ* 55). *ν* 314. *φ* 111, 281, 336

et *Θ* 11: *δεῦτ' ἄγε Φαιήκων ἡγήτορες.*

In imperativis tertiae et primae personae distinguendum est, utrum persona, quacum loquitur is, qui verba facit — ad quam imperativus emphaticus referendus est — singularis an pluralis numeri sit. Itaque *ἄγε* apud imperativum tertiae in Iliade bis refertur ad singularem (*B* 437. *Φ* 60), ad pluralem *Υ* 355, in Odyssea ad pluralem *γ* 421. *Θ* 542, ad singularem *Θ* 205: *δεῦρ' ἄγε πειρηθήτω.*

Cum prima singul. in Iliade ad singularem referendum *Ι* 60. *A* 524, ad pluralem *Ι* 167 (sequitur imperativus III.). *Ψ* 579, in Odyssea ad pluralem *ν* 296, ad singularem *ζ* 126. *ι* 37. *ϰ* 286. *ν* 215, 344, 397. *φ* 217. *χ* 428, 487. *ψ* 73. *ω* 336.

Denique apud imperativum primae pluralis *ἄγε* pro *ἄγετε* in Iliade ter adhibetur, *Ψ* 537. *A* 141 (*νῦν δ' ἄγε*). *X* 391 (*νῦν δ' ἄγε*), sed 15× recte ita, ut, cum subiectum plurale consistat ex duabus personis, loquente et audiente, ad singularem personam alteram referendum sit. velut *A* 62 Achilles ad Agamemnonem *ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρήομεν,* vel Paris ad Helenam *Γ* 441 *ἀλλ' ἄγε δὴ φιλότητι τραπήομεν εὐνηθέντε.*

Contra in Odyssea *ἄγε* in hunc modum, ad singularem spectans adhibetur 4×: *ν* 296. *ξ* 393. *ϱ* 190, 274, contra pro *ἄγετε* usurpatur 6×: *δ* 776 (cf. *A* 141). *Θ* 34, 389. *ϰ* 44. *ν* 13. *π* 348.

Imperativus *ἄγετε* omnino rarius exstat: in Iliade 16× cum imperativo primae pluralis, velut *Ι* 165 *ἀλλ' ἄγετε ὀτρύνομεν,* 4× cum imp. alterius plur. coniunctus (cf. *X* 174 *ἀλλ' ἄγετε φράζεσθε*), in Odyssea 6× cum prima, 5× cum altera.

π 376 (*ἀλλ ἄγετε, πρὶν κεῖνον ὁμηγερίσασθαι*). *φ* 73, 106 *ἄγετε* quamvis ad alteram personam relatum, ita tamen dictum est, ut imperativus non sequatur, quae ratio ab Iliade aliena est. Praeterea legitur *χ* 139 cum imperativo primae singularis *ἀλλ' ἄγεθ' ὑμῖν τεύχε' ἐνείκω θωρηχθῆναι* et *σ* 418 (= *φ* 263) cum imperativo tertiae singularis, quo tamen loco rectius fortasse scribitur: *ἀλλ' ἄγε Ϝοινοχόος ἐπαρξάσθω* . . pro tradito *ἄγετ' οἰνοχόος,* quamquam, cum imperativi alterius plur. sequantur, *ἄγετε* recte dici potest.

Itaque si omnia complectimur, facile cognoscitur in Odyssea *ἄγε* pro *ἄγετε* multo saepius usurpari quam in Iliade.

Hoc *ἄγε* quamquam Homeri carminibus maxime convenit, tamen ad sermonem communem potius quam sollemnem pertinere videtur.

Itaque cum in Aristophanis comoediis usitatissimum sit, a tragicis poetis mirum est quam raro adhibeatur. Legitur enim apud Aeschylum 4×, atque id in versibus chori:

Pers. 140: *ἀλλ' ἄγε θωμεθα.*
Suppl. 625: *ἄγε δὴ λέξωμεν.*
Eum. 307: *ἄγε δὴ . . ἄψωμεν.*
Agam. 783: *ἄγε δή, βασιλεῦ, πῶς σε προσείπω;*

neque forte videtur factum esse, quod omnibus locis cum prima persona coniunctum est: quippe quae propria forma imperativi deficiente maxime adiumenta desideraverit.

Totidem locis exstat apud Sophoclem, sed in altera persona:

Aiac. 1093: *ἄγ' εἴπ' ἀπ' ἀρχῆς αὖτις . .*
ib. v. 1413: *ἀλλ' ἄγε πᾶς, . . . σούσθω* (chor.).
Trach. 1255: *ἄγ' ἐγκονεῖτ' αἴρεσθε.*
ib. 1259: *ἄγε νῦν, ὦ ψυχή, ἀνάπαυε βοήν* (chor.).

In Euripidis tragoediis legitur septies cum altera singularis coniunctum, bis cum altera plur., semel cum prima singularis. (Hel. 734. Ion 112, 1041. Med. 1244. Troad. 329, 783. Phoen. 559.

— Her. 240. Cyc. 630. — Hipp. 287); atque semper *ἄγε* adhibet, nunquam *ἀλλ' ἄγε*.

Paulatim aliorum verborum imperativi emphatici accedunt, quorum primum est *φέρε*, quod iam apud Aeschylum bis occurrit:

Prom. 295: *φέρε σήμαινε.*
544: *φέρε, ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, εἰπὲ ποῦ τις ἀλκά;* vi vix emphatica.

Paulo frequentior usus est apud Sophoclem, ubi tamen — quod mireris — plerumque ante *εἰπέ* imperativum positum legitur: El. 310, 376. Oed. reg. 390, 536, 1142. Ant. 534. Trach. 890. Phil. 433; praeterea leguntur in

Phil. 1452: *φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω.*
ib. 300: *φέρ' ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθῃς,*

coniunctivo mirum in modum pro imperativo adhibito. Denique

El. 236: *φέρε, πῶς ἐπὶ τοῖς φθιμένοις ἀμελεῖν καλόν;*

Multo saepius Euripides hoc vocabulum adhibet, maxime in prima singul. velut

El. 870: *φέρε, οἷα δὴ 'χω . ., ἐξενέγκωμαι, φίλαι.*
Herc. 529: *φέρ' ἐκπύθωμαι.* ib. 1029, 1070, 1159. denique
Herc. 1286: *φέρ' ἀλλ' ἐς ἄλλην δή τιν' ὁρμήσω πόλιν;*

paulo aliter adhibitum, in sententia interrogativa imperativa. (Praeterea Supp. 1160. Hipp. 865. Cyc. 8. Or. 1281. Phoen. 276.)

Deinde cum prima pluralis coniungitur, velut Cyc. 493 *φέρε νιν κώμοις παιδεύσωμεν,* cum altera singularis et pluralis (Cyc. 152 *φέρε ἐγκάναξον.* Bach. 1107 *φέρε περιστᾶσαι κύκλῳ πτόρθου λάβεσθε*), cum enuntiatis interrogativis (Hel. 832 *φέρ' ἢν δὲ δὴ νῷν μὴ ἀποδέξηται λόγους;* 1043. Phoen. 571 *φέρ' ἢν ἔλῃς γῆν τήνδ', ὃ μὴ τύχοι πότε, πρὸς θεῶν, τρόπαια πῶς ἀνασήσεις Διί;*). Pluralis *φέρετε* uno loco legitur, quo de vi emphatica non constat: Phoen. 1200 *φέρετε κομίζετε ἀθλίῳ κόσμον νεκρῷ.* — Pluralem apud Herodotum saepe legi infra demonstrabitur.

Simili ratione atque imperativi emphatici inde a Sophocle imperativus *ἰδού**) adhibetur, cuius vis ea est, ut audientis animum ad rem, quae fiat vel futura sit, advertat. Itaque plerumque cum enuntiato pronuntiativo coniungitur, rarius cum imperativo. Ita legitur apud Sophoclem

*) de *ἰδού* acuto exornando vide Herodianum (ed. Lentz pg. I 417, 27; 474, 15; 494, 20; 504, 5), qui de hoc vocabulo tanquam particula exclamativa in *—ον* exeunte loquitur.

Trach. 1079: *ἰδοὺ, θεᾶσθε πάντες.*
Phil. 776: *ἰδοὺ δέχου παῖ.*

praeterea 6× cum sententia pronuntiativa. similiter in Euripide 25× in sententia pronuntiativa, 7× ante imperativum velut Herc. 1131 *ἰδοὺ θέασαι,* plerumque tamen ita, ut non ad sequentem imperativum referatur, sed antecedenti respondeat velut Bacch. 198 *ἀλλ' ἐμῆς ἔχου χερός. — ἰδού, ξύναπτε* vel Phoen. 106 *ὄρεγε νυν χεῖρα — ἰδοὺ, ξύναψον, παρθένε.* Bacch. 934. Hec. 563. Ion. 190. Phoen. 1694.

Itaque cum tragici eius modi ornamenta orationis omnino non ament, apud Aristophanem poetam comicum frequentissimus est usus. Atque *ἄγε,* quo imperativo liberrime utitur, coniungitur 19× cum altera persona singularis (cf. Thesm. 107, 214), 14× cum plurali numero (cf. Lys. 1271 *ἄγε ἀπάγεσθε*). praeterea apud imperativos ter legitur *ἄγετε*: Pac. 469 *ἀλλ' ἄγετε ξυνανέλκετε,* Lys. 665 *ἀλλ' ἄγετε, νῦν δεῖ . .,* Ecc. 82 *ἀλλ' ἄγετε ὅπως δράσομεν. —*

In sententiis interrogativis *ἄγε* 10× occurrit, cum prima pluralis coniunctum 4× (vesp. 1264. pac. 507, 851. Thesm. 947). Imperativi tertiae personae apud Aristophanem non nisi *ἀλλά* particula exornantur (velut Ach. 967. eq. 1314. nub. 196 etc.). —

Proprius est Aristophani usus imperativi *φέρε.* nam cum bis exstet coniunctum cum altera singularis (*φέρε φράσον* Ecc. 710. nub. 1088), semel cum plurali (*φέρε πύθεσθε* ran. 1417), bis denique cum prima pluralis (vesp. 1516. Lys. 1096), legitur 8× sententiae interrogativae praepositum (velut Thesm. 789 *φέρε δή νυν, εἰ κακὸν ἐσμεν, τί γαμεῖτ' ἡμᾶς;* ran. 120) et fere 50× imperativo primae singularis, velut *φέρε ἴδω, φέρε εἴπω, φέρε προσαγάγω, φέρε ἀποδρῶ, ἐπαναθῶ* similia.

Formae *ἰδού* frequentissimus est usus ita, ut aut iis, quae ad interrogationem vel imperatum respondentur, praeponatur aut cum imperativo coniungatur (cf. eq. 87, 157, 344 et cum imperativo Ach. 366, 434. eq. 724, 997 etc.).

Restat ut usum imperativi *ἴθι | ἴτε* exponam, quam rem cum paulo difficilior esse videretur, secus tractandam putavi. fuerunt

enim qui iam in Homeri carminibus vestigia quaedam inveniri existimarent usus illius emphatici. Quod tamen iam ea re redargui mihi videtur, quod vestigia illa quae sibi videntur intellegere, multo saepius in Iliade quam in Odyssea leguntur. Accedit quod Aeschylus nullum eius modi exemplum praebet. Error ille inde natus esse videtur, quod saepe ex epica quadam ratione dicendi imperativus verbi *ἰέναι* positus est, ubi pro sententia omitti poterat, cum mutatio loci ex ipsa condicione rerum facile colligeretur. Mutatio loci tamen apud Homerum semper cogitatur. Ita cum imperativo alterius personae coniunctum *ἴθι* vel *ἴτε* exstant in Iliade *Α* 32. *Γ* 432. *Κ* 53. *Λ* 611. *Τ* 347. *Ψ* 646. *Ξ* 267, in Odyssea *χ* 157. *σ* 171.

Itaque ut his locis Homeri apparet de usu emphatico cogitare non licere, ita apud Aeschylum dubitari non potest, quin duobus locis, quibus imperativi *ἴθι* et *ἴτε* leguntur, veri imperativi, qui motionem significent, intellegendi sint*):

Ag. 1070: *ἴθι ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐρημώσασ' ὄχον, τῇδε . . . καίνισον ζυγόν.*
Pers. 657: *ἴθι, ἰκοῦ· ἕλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου . .*

Contra Sophocles certe verbum *ἰέναι* emphatice adhibet. Nam quamquam aliquot locis dubium est, quo modo imperativi intellegendi sint (Aiac. 843. El. 1106. Oed. r. 1413. Oed. Col. 106. Trach. 1070), tamen restant, quae aliter atque in vim emphaticam accipere non liceat:

Aiac. 1003: *ἴθ' ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν κακόν.*
Oed. reg. 46/47: *ἴθ' ὦ βροτῶν ἄριστ' ἀνόρθωσον πόλιν, ἴθ' εὐλαβήθητι.*
Oed. reg. 1468: *ψαῦσαί μ' ἔασον, ἴθ' ὦναξ, ἴθ' ὦ γονῆ γενναῖε.*
Oed. Col. 248: *ἀλλ' ἴτε νεύσατε.*

At in Euripidis tragoediis, ubi imperativus verbi *ἰέναι* cum alio imperativo coniungitur, semper mutatio loci subest. qua re duas diversas actiones potius quam imperativum emphaticum intellegendas esse putaverim: Andr. 135 *ἀλλ' ἴθι λεῖπε θεᾶς Νηρηίδος ἀγλαὸν ἕδραν.* Herc. 521 *ἴτ' ἐγκονεῖτε, μὴ μεθῆτε.* Iphig. taur. 1487. Med. 105. Or. 124. Tro. 338.

*) Itaque Sept. v. 109 codicum lectionem *θεοὶ πολιάοχοι, χθονὸς ἴθ' ἴτε πάντες, ἴδετε παρθένων ἱκέσιον λόχον'* verba tradita ita licere emendare, ut *ἴθι* vi emphatica existat, non crediderim.

Aristophanes imperativum *ἴθι* — numquam pluralem *ἴτε* — eadem ratione qua *ἄγε* ad vim imperativorum augendam adhibet, coniunctum cum altera persona non solum singularis verum etiam pluralis, velut:

ran. 1378: *ἴθι παρίσιασθον.*
pac. 1207: *ἴθι εἴσιτε.*
vesp. 975: *ἴθι οἰκτίραιτε.*

Imperativos tertiae personae non nisi *ἀλλά* particula exornari supra dixi. nam ran. 871 *ἴθι δότω τις* et Soph. Aiac. 1413 *ἄγε πᾶς φίλος ὅστις ἀνὴρ φησι παρεῖναι, σούσθω, βάτω* pro sententia alterius personae sunt, formae tertiae personae necessario requirebantur per pronomen *τις*, quod semper cum tertia persona coniungitur, cum post *πᾶς* saepe altera persona legatur. cf. de *τὶς* pronomine Eur. Bacch. 173 *ἴτω τις εἰσάγγελλε.*

Denique pauca de sermone Herodoti et Thucydidis addantur. Herodotus semel habet *ἄγε*: VII 103, 1 *ἄγε εἰπέ. ἴθι* emphatice bis adhibuit:

III 72: *ἐπεί τε . . ἀναγκάζεις, ἴθι ἐξηγέο.*
VII 234, 3: *Δημάρατε, τέῳ τρόπῳ ἐπικρατήσομεν; ἴθι ἐξηγέο.*

Multo saepius imperativo *φέρε* utitur, quem cum omnibus personis coniungit, unde nescio an colligi possit huius verbi usum emphaticum in Ionica dialecto ortum esse. exempla sunt haec:

I 11: *φέρε φράσω.* II 14: *φέρε ἀκούσω.* 105: *φέρε εἴπω.* VII 103, 3: *φέρε ἴδω.* I 97: *φέρε σιήσομεν.*

Herodotus solus huius vocabuli pluralem adhibet:

IV 115: *φέρετε ἐξαναστέωμεν.*
VI 12, 3: *φέρετε μὴ πειθώμεθα.*

praeterea leguntur apud alterum personam
I 206: *φέρε ἄφες.* VII 47, 1: *φέρε εἰπέ.* IV 127: *φέρετε πειρᾶσθε.*

Denique imperativo tertiae sequente VII 10 *ϑ* 1:

ἀλλ' εἰ δὴ δεῖ, . . . φέρε βασιλεὺς μὲν μενέτω . .

VII 16 *γ* 3: *εἰ δεδόκηται, φέρε φανήτω καὶ ἐμοί.*

Thucydides neque *ἄγε* neque *φέρε* neque alia imperativorum adiumenta habet.

2. De infinitivo imperativo.

De infinitivo imperativo viri docti multi varia ediderunt, quorum R. Wagner (Schweriner Schulprogramm 1891) et Hentze (Bezzenbergers Beiträge 27) rem summa diligentia ac doctrina tractaverunt. Sed quamquam inprimis Hentze omni materie accuratissime congesta rem ipsam in Homericis quidem carminibus diserte explicavit, tamen restare videntur, quae rectius aut plenius exponi possint. Itaque primum iure Hentze sententiam eorum refellit, qui infinitivum imperato plus ponderis tribuere credant quam imperativum, quae opinio ex usu potius nostrae quam Graecae linguae nata est. Qua in re dignum est quod commemoretur, duobus locis, quibus maxime illi ad sententiam suam stabiliendam uti solent, infinitivum omnino non fungi imperativi vice.

Nam *K* 65: *πῶς γάρ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι . .*
αὖθι μένω μετὰ τοῖσι . . ἠὲ θέω μετὰ σ' αὖτις;
τὸν δ' αὖτε προσέειπε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·
αὖθι μένειν, μὴ πως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιιν

apparet infinitivum respondentis obiecti loco ad verbum imperandi interrogationis referendum esse. Et

O 346/49: *Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσι ἐκέκλετο μακρὸν ἀύσας*
νηυσίν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα·
ὃν δ' ἂν ἐγὼν . . νοήσω, μητίσομαι

non dubito quin poeta ex oratione obliqua in rectam transeat, ita ut primus versus orationis a verbo *ἐκέκλετο* pendeat. de hac structura verbi *κέλομαι* cf. *τ* 418 *η* 335; de commutatione orationis *P* 30/31. *Ψ* 855. *Ω* 176. *π* 142—145. *ψ* 273—284.

Itaque tantum abest ut infinitivo plus ponderis tribuamus quam imperativo, ut eum maxime tum adhiberi dicamus, ubi imperativus pro sententia gravior videbatur. Quod enim Hentze, Wagner, alii infinitivo imperata futuri temporis remotioris exprimi dicunt, quamquam id quoque in usum infinitivi cadit, non id quod summum est dixisse mihi videntur. Immo infinitivi vis est ea, ut imperatum a condicione ita pendere indicet, ut imperatum fieri nequeat, priusquam condicio data sit. Condicio autem aut

enuntiato condicionali additur, aut ex conexu rerum facile supponitur. Nimirum saepius res ita comparata est, ut imperativum aut condicionalem aut absolutum ponere in ipsa libidine dicentis sit. Itaque leguntur imperativi, ubi, si solum tempus respiceretur, infinitivum exspectares. Multo igitur maior pars infinitivorum coniuncta est cum sententia condicionali: *B* 9. *Δ* 42, 53. *E* 130—132 (cf. vm. 821, ubi infinitivus ex hoc loco repetitus non bene quadrat). *E* 261. *H* 459—463. *I* 288, 705—709. *O* 148. *Π* 95, 839. *Υ* 335—339. *Φ* 294, 341. *Ω* 592. — *α* 291, 294, 316. *δ* 422. *ε* 349. *ζ* 298, 304. *ι* 504. *κ* 511, 527, 536. *λ* 118. *μ* 49, 160. *ν* 154. *ο* 37. *π* 287. *ϱ* 82. *σ* 270, 286. *χ* 443.

loci *δ* 416 et *ι* 6 dubii sunt:

δ 416: *καὶ τότ' ἔπειθ' ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίη τε αὖθι δ' ἔχειν μεμαῶτα*: nam infinitivus fortasse rectius cum verbo *μελέτω* coniungitur.

τ 6: *Τηλέμαχε, χρὴ τεύχε' ἀρήια κατθέμεν εἴσω,*
πάντα μάλ', αὐτὰρ μνηστῆρας . . πάρφασθαι . . infinitivus a verbo *χρῆναι* pendere videtur.

Non minus saepe condicio subaudienda est. Plerumque aut futurum antecedit aut momentum temporis futuri adverbio temporali significatur: *B* 75. *Δ* 70. *I* 256, 369. *Ξ* 501. *O* 158. *P* 691. *T* 190—197. *X* 342. *Ψ* 245—248, 334. — *γ* 327. *δ* 407—424. *ζ* 255—312. *κ* 401—405. *λ* 69—78, 248—251. *μ* 40—140. *ν* 406—411. *ο* 27—42, 152. *π* 130—134, 147—153, 274—305. *ϱ* 600. *φ* 234—241. *χ* 170—177, 437. *ψ* 365.

κ 401 ss. leguntur: *. . Ὀδυσσεῦ, ἔρχεο νῦν ἐπὶ νῆα . . .*
νῆα μὲν ἂρ πάμπρωτα ἐρύσσατε ἠπειρόνδε,
κτήματα δὲ σπήεσσι πελάσσατε ὅπλα τε πάντα,
αὐτὸς δ' ἄψ ἰέναι καὶ ἄγειν ἐρίηρας ἑταίρους.

priores actiones tres quasi uno tenore alia aliam sequuntur atque quodam modo unam sententiam componendi res praebent et continent posteriorum duarum actionum, redeundi et ducendi socios, sc. opere perfecto, condicionem: ita intellegitur, qua de causa modus imperandi mutetur. Alia res est

ψ 365: *σοὶ δὲ γύναι τάδε ἐπιτέλλω·*
αὐτίκα γὰρ φάτις εἶσιν ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι,
εἰς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα . . . ἧσθαι, μηδέ τινα προτιόσσεο
μηδ' ἐρέεινε;

exspectares etiam altero et tertio loco infinitivos. sed imperativi nati esse videntur ex versu η 31, ubi recte, cum desit condicio, positi sunt. Denique tertium genus restat ex eadem ratione ortum. Namque infinitivus ponitur, si id quod imperatur, ita cogitatum est, ut in omne vel multum tempus valeat, in imperatis, ut ita dicam, iterativis. Cum autem inter singulas executiones imperii spatium temporis intercedat, fit ut rursus condicio existat. omnis enim condicionalis est iteratio. ex hoc usu natus est ille, ut ita dicam, gnomicus infinitivus, qui in primis ex Hesiodi Operibus notus est. cuius exempla in Homeri carminibus leguntur:

E 606: *ἀλλὰ πρὸς Τρῶας τετραμμένοι αἰὲν ὀπίσσω εἴκετε, μηδὲ θεοῖς μενεαινέμεν ἶφι μάχεσθαι.*

I 255—257: *. . σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν ἰσχέμεν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.*

Λ 788. *Φ* 500. *Ψ* 605.

β 305: *Τηλέμαχ' ὑψαγόρη, μένος ἄσχετε, μή τί τοι ἄλλο . . . μελέτω . . ἀλλά μοι ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν ὡς τὸ πάρος περ.*

ν 307: *. . . σὺ δὲ τετλάμεναι καὶ ἀνάγκη, μηδέ τῳ ἐκφάσθαι μήτ' ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν . . . ἀλλὰ σιωπῇ πάσχειν ἄλγεα πολλά.*

λ 441. *ο* 540—543. *σ* 105, 265. *χ* 287. *ψ* 355.

Locis his quos nominavi commune est illud, quod imperatum de longo tempore atque iterative intellegendum est. Sententia ipsa plerumque ita comparata est, ut propriam atque singularem rem contineat. Usus vere gnomici, quem in Hesiodo agnoscimus, vestigia non ita multa, velut *λ* 441: *τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι. μή οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὅν κ' ἐὺ εἰδῇς, ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.*

Itaque si quaerimus qua ratione infinitivus pro imperativo usurpetur, apparet infinitivum poni, si facultas exsequendi imperium non a sola voluntate iubentis vel iussi pendet. In hoc usu infinitivi, qui imperativi simillimus est, apparet casum subiecti et praedicativi, si additur, alium nisi nominativum esse non posse. Accusativus ab hoc genere infinitivorum omnino alienus est. Itaque ubi accusativus subiecti legitur, aliud genus infinitivi statuendum est, de qua re postea videbimus. Nam quamquam in Homeri usu infinitivi imperativi certa quaedam lex agnosci potest, tamen non dubito, quin initio infinitivus, finibus istis non coercitus, ab imperativo omnino non diversus fuerit. Sed cum

duo tamquam modi essent, quibus eadem res significaretur, studium ortum est distinguendi inter has duas rationes ita, ut proprium utrique munus tribueretur, ne altera supervacanea videretur. Neque enim neglegendum est usum condicionalem in Odyssea multo saepius et expressius inveniri quam in Iliade. Et in Iliade restant certa exempla, ubi infinitivus a vero imperativo nulla re differre videatur. Quos locos Hentze variis modis, ita tamen tractavit, ut a communi usu infinitivorum discedere negaret; sunt autem hi:

A 582: *ἀλλὰ σύ τόν γε ἔπεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν.*

E 124: *Ϝαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.*

K 237: *μηδὲ σύ γ' αἰδόμενος . . . τὸν μὲν ἀρείω καλλείπειν, σὺ δὲ χείρον' ὀπάσσεαι.*

Denique *P* 501: *Ἀλκίμεδον, μὴ δή μοι ἀπόπροθεν ἰσχέμεν ἵππους.*

691: *ἀλλὰ σύ γ' αἶψ Ἀχιλῆι, θεῶν ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν εἰπέμεν*

et Odysseae *ε* 30: *Ἑρμεία, σὺ γὰρ . . . ἄγγελος ἐσσί· νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ εἰπεῖν νημερτέα βουλήν*

quodam modo huc referenda sunt. nam post verba *ἰέναι* imperativus alibi saepissime legitur: cf. *Z* 86. *Ω* 113. *χ* 431. —

Locis quos supra nominavi omnibus infinitivi pro imperativo alterius personae positi sunt. Infinitivum tertiae consilio vitari ex illis locis apparet, quibus — haud paucis — inter infinitivos alterius imperativi tertiae inseruntur, velut *T* 190—197. *δ* 415. *μ* 50—54, denique ex versibus *I* 137—146 cum versibus 279 ss. comparatis. Tamen Wagner 6 exempla tertiae personae numerat, ad quae Hentze alia quinque addit. quorum pars multo maior ita comparata est, ut haud facile quemquam in sententiam suam perducant. Nam *χ* 437. *φ* 239, 385 orationem obliquam esse potius quam rectam instituendam manifestum est. *H* 372 infinitivus pendet a verbo *ἴτω*, ut saepius. Similiter *X* 514 *κλέος εἶναι* infinitivus explicative vi quadam finali apponitur ad sententiam praecedentem. Et *ο* 127 *κεῖσθαι*, si quidem vera lectio est Aristarchi, eodem modo atque *φορέειν* referendum est ad *δίδωμι*, ego *κείσθω* scribere malim. Denique *Ψ* 245 alteram personam, non tertiam cogitari ex sententia relativa apparet.

Reliqui sunt igitur quatuor infinitivi tertiae personae, quorum quisque aliquid proprii habet:

λ 441: *τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι·*
μή οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὅν κ' ἐὺ εἰδῇς,
ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι

infinitivus *εἶναι* attractione quadam concinnitatis causa ex antecedentibus infinitivis ortus est.

Z 86: *Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα*
μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἣ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς
νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλι ἄκρῃ
οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
πέπλον, ὅ οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ καὶ οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασι ἠνκόμοιο
καὶ οἱ ὑποσχέσθαι . .

eadem fere rursus leguntur 269—278 et verisimillimum est hos posterioris loci versus, non illos priores, primarios esse atque genuinos. Sed cum totius libri compositionem evolvere longum sit, satis habeo singula commemorare*): *τὸν θές* ex *θεῖναι* factum esse non verisimile, cum infinitivus quoque in hunc locum quadraret. *ἣ δὲ ξυνάγουσα* et verbis et collocatione minus aptum videtur quam *ἀολλίσσασα γεραιρὰς* quod altero loco legitur. versus 88/89 inepti et supervacanei sunt. Denique verbum *δοκέει* minime quadrat in hanc sententiam, cum altero loco optime dicatur „*ἔστιν*“. Itaque haec tam mira structura ex imitatione versuum, qui nunc posteriore loco leguntur, nata esse putanda est. — Reliqui duo infinitivi tertiae personae in certa specie orationis numerandi sunt, quam Homerus ipse *ῥήτρην* appellat, cuius exempla plura leguntur. Infinitivo, rarius imperativo, id quod inter duos partes conveniat, significatur. Nam cum in ceteris imperativis vel infinitivis id quod faciendum est, ab unius, sive imperative a iubentis, sive concessive a iussi voluntate pendeat, in *ῥήτρῃ* facienda utriusque partis voluntas aeque valet. Qua in re Graeci maxime infinitivos adamasse videntur. Haec forma orationis, quae ex legibus et foederibus satis nota est, quamquam primo rectam fuisse ex Homericis exemplis colligitur (cf. *H* 74—80. *X* 254—259, 340—344. ξ 392—400. *ψ* 78), iam pridem in ora-

*) cf. Erich Bethe, Hektors Abschied. Abhandlung der Kgl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften XXVII, 12.

tionem obliquam abisse videtur, certe post Homerum semper accusativus subiecti ponitur. atque idem semel legitur in Homero:

Γ 284: *εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καιαπέφνῃ,*
αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω . . .
εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,
Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάνθ' ἀποδοῦναι,
τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν.

forma orationis est eadem, quam ex legibus et foederibus novimus. Sed cum hoc unicum exemplum sit, ubi ad infinitivum tertiae personae subiectum additum est, non potest diiudicari, utrum iam obliquam orationem teneamus, an — quod minus verisimile est —, infinitivi tertiae ab initio accusativum postulaverint. Ceterum addiderim versus 285/286 in fine libri 458/459 repeti neque mirum esse, quod tum infinitivus minus aptus est. alter infinitivus tertiae personae est *H* 77:

εἰ μέν κεν ἔμ' ἐκεῖνος ἕλῃ ταναήκεϊ χαλκῷ,
τεύχεα συλήσας φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας,
σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν.

(*H* 79/80 = *X* 342/343, ubi infinitivus ad alteram personam spectat.)

Denique unum atque difficillimum infinitivum temptabo. Namque *T* 139—144 leguntur haec:

ἀλλ' ὄρσευ πολεμόνδε καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς.
δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχέμεν, ὅσσα τοι ἐλθὼν
χθιζὸς ἐνὶ κλισίῃσιν ὑπέσχετο δῖος Ὀδυσσεύς.
εἰ δ' ἐθέλεις, ἐπίμεινον ἐπειγόμενός περ Ἄρηος,
δῶρα δέ τοι θεράποντες ἐμῆς παρὰ νηὸς ἑλόντες
οἴσουσι . .

Interpretes verbum *εἶναι* supplendum esse dicunt et infinitivum ab *ὅδε εἰμί*, tamquam dictum esset „is sum qui“, pendentem faciunt. Sed si quis cogitaverit, ut versibus sequentibus *ἐπίμεινον* et *οἴσουσι* opponuntur, ita nunc *παρασχέμεν* verbo *ὄρνυθι* respondere, verisimile videbitur infinitivum singulari forma dicendi vi imperativa praeditum idem valere ac „*παράσχω*“ vel „*παρασχήσω*“. Et rursus licebit quaerere nonne haec insolita structura verborum orta sit ex insequenti responso Achillis „*δῶρα μὲν, αἴκ' ἐθέλησθα παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικές, ἤ τ' ἐχέμεν· πάρα σοί. νῦν δὲ μνησώμεθα*

χάρμης. Nam responsum Achillis, cuius sententia est, Agamemnoni licere aut praebere dona aut habere sc. post pugnam commissam, non videtur ad verba Agamemnonis, quae perscripsi, conformatum esse. verba ipsa tanta perversitate sententiae sunt, ut crediderim, orationem Agamemnonis olim in versum 139 finisse, versus 140—144 postea, responso Achillis prave intellecto, additos esse. —

Idem quem explicavimus est usus infinitivi in hymnis Homericis: II 314—322, 358. III 480. IV 137—140, 281. Imperativus tertiae personae exstat III 569—573. subiectum in accusativo est, sententia est „*ῥήτρη*“, cum vs. *Γ* 285/286 conferenda.

Quod vero ad Hesiodum attinet, commemoratione dignum est, in Theogonia infinitivos imperativos non legi. In Scuto haec sunt: v. 97 (cf. *P* 501), 121 (*o* 540—542), quibus locis imperativos exspectares, et 332—335 in sententia condicionali. At in Operibus novum genus exstat, ortum ex illis infinitivis, quos iam in Homero agnovimus, quibus sententiae universae sive imperata iterativa significantur. Nam poeta praecepta omnia fere infinitivis effert, quorum plus centum leguntur. Perraro imperativi inseruntur, ita tamen, ut, qua de causa modus varietur, statui non possit: v. 298, 335, 493, 502, 604, 627, 708, 729, 760, 797.

Tertiae personae imperativi praeferuntur infinitivis: 370, 372, 714, 718, et optativus 376, 441, 470. Infinitivi tertiae personae, quorum subiecta accusativi sunt, 608, 753, 792, 807 leguntur. — Difficilis est quaestio de casu subiecti. Nam cum plus quinquaginta locis nominativus exstet, leguntur accusativi v. 391, 595, 735, 748 quorum tres posteriores non dubium est quin additicii et recentissimi sint. Sed in versu 391/392 quamquam non credo eundem qui totiens nominativo usus est, uno loco accusativum ponere maluisse, tamen neque versus Hesiodo abdicare neque ter *γυμνός* restituere contra codicum auctoritatem audeo. Apud ceteros scriptores omnes, ubicumque infinitivi imperativi occurrunt, nominativum subiecti invenimus. —

Species quaedam infinitivi condicionalis exstat in oraculis. nam quae a deis vaticinando imperantur, ad certam condicionem referri itaque infinitivo efferri solent. Cuius usus exempla in Odyssea sunt oracula a Circe, Proteo, Tiresia data. Praeterea conferenda sunt oraculorum Graecorum ab Hendess collectorum

1. 13—15, 4, 6, 19, 22, 39, 44, 97, 112. 8, 145, 156. 33 et 52, 175, 193, 196, 211. 24.

Sed leguntur etiam imperativi, quamvis praecedente sententia condicionali, velut 7. 4, 19, 45, 60. 6, 145. In carmine 156 leguntur inter infinitivos alterius personae versuum 33 et 52 imperativi tertiae in versibus 41, 45, 48, 55. Accusativus subiecti exstat c. 75 et 192. Denique huc pertinent Herodoti IV 163. Aristophanis eq. 1039 av. 971. Aeschyli Prom. 712. Eum. 1006–1009; praeter hos locos Aeschylus infinitivi imperativi exempla non habet. At in Sophoclis tragoediis, qui vetustioris sermonis formas amabat, aliquot infinitivi leguntur: Philoct. 1411. Oed. r. 461. El. 9 infinitivus *φάσχειν* et Philoct. 57 *λέγειν*, versu Electrae excepto in sententiis condicionalibus (cf. Kaibel, Electra p. 68). Eiusdem generis sunt infinitivi Oed. Col. 481—490. Philoct. 1080, Oed. r. 1462—1466. Loco imperativi sunt Oed. Col. 197—201. Ant. 1142.

In Euripidis tragoediis quatuor infinitivi sunt imperativi. Heraclid. 313. Ion. 102. Or. 624. Tro. 421, sed Supp. 45 et 249 quos versus Wagner affert, aliter explicandi sunt.

Aristophanes saepe infinitivo imperativo utitur, sed severe leges sermonis Homerici observat. loci sunt hi: Ach. 257. nub. 433, 850, 1080. vesp. 386. pac. 1152. Lys. 535. Thesm. 157 ran. 169.

Quod ad scriptores prosae orationis attinet, Herodotus ratione Homerica saepius infinitivum adhibet: I 32, 89. III 35, 155. IV 163, 126. V 23. VI 86. VII 159, 209, et sine enuntiato condicionali III 134. VIII 68*α*. Infinitivus tertiae personae in *ῥήτρῃ* facienda IX 48 exstat, ubi accusativus subiecti legitur. Sed apud Herodotum non minus saepe imperativi cum sententiis condicionalibus coniunguntur, velut IV 98.

In Thucydide perpauca exempla sunt: V 9. 7 et fortasse I 35. 5 nisi rectius ex coniectura Sitzleri „*δεῖ*“ inseritur. Posteriorum scriptorum Plato nonnunquam infinitivum imperativum adhibuisse videtur.

Itaque ut ab initio imperativus cum infinitivo etiam in sententiis condicionalibus certat, ita infinitivus magis magisque opprimitur. Cuius in locum quamquam sane inprimis imperativus successit, tamen in sententiis condicionalibus alius praeterea modus dicendi agnosci potest. Nam eius generis imperata saepe

apud varios scriptores verbo *χρή* cum infinitivo coniuncto redduntur. Cuius usus non omnia me exempla collegisse confiteor, tamen quae notavi haec sunt: ex oraculis Graecis (Hendess)

46, 3: *ἔνθα δ' ἂν αἴγας βοσκομένας ἐσίδῃς, πρῶτον τότε τοι χρέων ἐστι . . ναίειν.*

101: *ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήια λευκὰ γένηται, . . . τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς φράσσασθαι ξύλινον λόχον.*

Aeschyl. Prom. post infinitivum imperativum versus 712
. . Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή. ἥξεις δ' Ὑβρισιὴν ποταμὸν, ὃν μὴ περάσῃς . . . ἀστρογείτονας δὲ χρὴ κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν βῆναι κέλευθον et quae sequuntur ad vm. 731.

Soph. Oed. Col. 477.

Eurip. Hipp. 110: *χωρεῖτ' ὀπαδοί, καὶ παρελθόντες δόμους σίτων μέλεσθε . . . καὶ καταψήχειν χρεὼν ἵππους.*

Iphig. Taur. 1458—1462. Or. 298, 1643. Tro. 294 *ἴτ' ἐκκομίζειν δεῦρο Κασσάνδραν χρεών.* Phoen. 759.

Eadem sententia adiectivum verbale legitur Iph. A. 1015:

ἱκέτευ' ἐκεῖνον πρῶτα μὴ κτείνειν τέκνα·
ἢν δ' ἀντιβαίνῃ, πρὸς ἐμέ σοι πορευτέον.

In Aristophane conferenda sunt Ach. 259 (cf. 257). nub. 262. pac. 1023, 1316. av. 985. Lys. 1100.

Adde Herodoti VIII 100, 5. IX 45, 2. 3; 98, 3. Denique Isocratis ad Philippum § 149: *ἣν μὲν . . ᾖ, αἰτιῶ τὴν ἡλικίαν, ἣν δὲ . ., νομίζειν αὐτὰ χρή . . .*

Postquam igitur usum imperativorum infinitivorum explicavi, transeo ad aliud genus infinitivi describendum, quod saepe cum illo confunditur ab interpretibus. Est autem infinitivus precationum, qui nisi dis advocatis non adhibetur. Continet actionem optatam, quae non deorum manu ipsa agitur, sed quae efficiunt modo ut agatur. Deorum actiones ipsorum imperativo vel optativo, nunquam infinitivo optantur. huius infinitivi ratio optime intellegitur ex versibus Aeschyli sept. 69—76:

ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ, μή μοι πόλιν γε πρυμνόθεν ἐκθαμνίσητε . . ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν. γένεσθε δ' ἀλκή.

Huius infinitivi subiectum semper in accusativo ponitur. Quo apparet infinitivum ut obliquum cogitari neque difficile est dictu, unde potissimum pendentem cogitemus et Graeci cogitaverint. nam quamvis saepe simplex infinitivus legatur*), multis tamen locis *δός* vel *δότε* imperativi additi sunt, a quibus infinitivi pendeant. Exempla autem sunt haec:

Iliadis *B*, 412: *Ζεῦ . . , μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι . .*
H 179: *Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν ἢ Τυδέος υἱόν*
ϱ 354: *Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσι ὄλβιον εἶναι.*

Contra *δός* additum legitur *E* 117. *K* 281. *ι* 530. hymn. Hom. IV 103, VI 19.

Accedunt Aeschyl. Sept. 253: *θεοί πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.* suppl. 143, 631—636. Ag. 517. Choeph. 307.

Sophocl. El. 646—656 *δός*. Oed. Col. 1085.

Eurip. suppl. 1—3. Or. 1243 *δός*. Alc. 165—169. Hec. 540 *δός*. El. 805. Iph. A. 1575 *δός*. Phoen. 1367 *δός*.

Aristophan. Ach. 247, 435, 817. vesp. 878. pac. 442, 1000. Thesm. 286. ran. 386—395, 886, 894.

Pind. Ol. XIII 162. Herod. V 105. Sol. frg. 13.

Accedit denique aliud genus infinitivorum, qui ipsi quoque obliqui sunt, quorum exempla plura in Aristophanis comoediis leguntur. nam praeco, cum edicta vel imperata magistratuum pronuntiat, quoniam non ipse auctor imperii est, non suis verbis usus, aliorum iussa oratione obliqua effert:

Ach. 172: *τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔνην.*
v. 1000: *ἀκούετε λεῳ· τοὺς χοᾶς πίνειν.*
pac. 551: *ἀκούετε λεῳ· τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι.*
av. 449: *ἀκούετε λεῳ· τοὺς ὁπλίτας ἀπιέναι, σκοπεῖν δὲ . . .*
av. 1073. vesp. 937. av. 1661. Eccl. 1015, 419.

*) cf. K. Ziegler, de precationum formis. Breslau 1905, pg. 26—30 et pg. 50. formam syntacticam non recte intellexisse videtur.

II. De sententiis iterativis.

1. de carminibus epicis.

Praeter ea quae passim in libris grammaticis leguntur, propriae dissertationes de sententiis iterativis mihi notae non sunt. Itaque earum syntaxin exponere et illustrare non sine fructu fore putavi. de iterativis Homerici et Herodotei sermonis egit A. Stolpe, Iterativorum Graecorum vis ac natura 1849. Mihi autem propositum est inquirere, quae sit ratio iterativarum sententiarum apud Homerum Herodotum Thucydidem. Itaque sunt duo genera iterationis, quarum alteram continuam alteram intermissam nominaverim. continuam dico, si singula momenta inter se paria nullo spatio interiecto procedunt. Eius modi iteratio, quae unam uniformam imaginem offert, cum in ipso verbo agendi non in tota sententia inesse videatur, non syntactice effertur, sed ipsa forma verborum velut verbis intensivis. Itaque quae in sequentibus tractabitur, est iteratio intermissa. Haec autem rursus aut simplex est, si una atque eadem actio certo spatio temporis repetitur, aut composita, si iteratio quasi periodo plurium actionum continetur. In tali sententia enuntiatum primarium et secundarium distingui solet ita, ut hoc ad illud sub specie condicionis addatur. sententiam secundariam secus, proprio capite tractabo.

Itaque cum incipiamus ab Iliade, dicendum est primum de iterativis, quae forma verborum propria est dialecti Ionicae. Quorum priusquam ad syntaxin accedam, praemitto indicem formarum, quae in Iliadis libris leguntur. Modi obliqui omnino desunt, exstant solum formae indicativi praeteriti. Tertia persona singularis, cuius exempla longe plurima sunt, primum locum teneat.

I. Iterativa Aoristi:

I. 3. pers. sing. **a) activi:**

ἀίξασκε. *Ψ* 369. *P* 462. *Σ* 159.
αὐδήσασκε. *E* 786. *P* 420.
δόσκε. *Σ* 546.

δύσκε. *Θ* 271.
εἴπεσκε. undecies exstat.
ἐλάσασκε. *B* 199.
ἔλεσκε. *Ω* 752.
ἐρητύσασκε. *B* 189. *Λ* 567.
ἐξ-ερύσασκε. *K* 490.
ἴδεσκε. *Γ* 217.
ἀπο-κινήσασκε. *Λ* 637.
ὁμοκλήσασκε. *B* 199.
ὄρσασκε. *P* 423.
οὐτήσασκε. *X* 375. *οὔτασκε.* *O* 745.
στάσκε. *Γ* 217. *Σ* 160.
ἀπο-στρέψασκε. *X* 197.

b) medii:

δασάσκετο. *I* 333.
δησάσκετο. *Ω* 15.
μνησάσκετο. *Λ* 566.

c) passivi:

φάνεσκε. *Λ* 64.

II. 3. pers. plur. **activi:**

δόσκον. *Ξ* 382.
θρέξασκον. *Σ* 599, 602.
ἀπο-στρέψασκον. *Σ* 546.

III. 1. pers. sing. **activi:**

δόσκον. *I* 331.

II. Iterativa imperfecti:

I. 3. pers. sing. **a) activi:**

ἀπ-αγγέλλεσκε. *P* 409.
ἀριστεύεσκε. *Z* 460. *Λ* 627, 746. *Π* 292, 551. *P* 351.
ἀτιμάζεσκε. *I* 450.
δινεύεσκε. *Ω* 12.
ἔασκε vel *εἴασκε.* *Υ* 408. *Λ* 125. *B* 832. *Λ* 330. *Ω* 17.
ἔδεσκε. *X* 501.

ἐϑέλεσκε. *I* 353.
ἔρδεσκε. *X* 380. *I* 540: utroque loco incerta lectio.
εὔδεσκε. *X* 503.
ἔχεσκε. *E* 126. *Γ* 219. *I* 333. *X* 458.
ϑαρσύνεσκε. *Λ* 233.
προ-ϑέεσκε. *X* 459.
ἵζεσκε. *Ω* 472.
καλέεσκε. *Z* 402.
κλαίεσκε. *Θ* 364.
κρύπτασκε. (sic) *Θ* 272.
κτείνεσκε. *Ω* 393.
λήϑεσκε. *Ω* 13.
ναίεσκε. *E* 708. *Π* 719.
ναιετάασκε. *Λ* 673. *P* 308.
νεικείεσκε. *B* 221. *Λ* 241.
οἴχνεσκε. *O* 640.
πέρνασκε. *Ω* 752.
πίνεσκε. *Π* 226.
ποϑέεσκε. *Λ* 492.
ῥήγνυσκε. *H* 141.
ἐπιρ-ρήσσεσκε. *Ω* 456.
ῥίπτασκε. (sic) *Ψ* 827.
ῥυσιάζεσκε. *Ω* 755.
σπένδεσκε. *Π* 227.
στενάχεσκε. *T* 132.
τίεσκε. *N* 461.
φεύγεσκε. *P* 461.
φϑινύϑεσκε. *Λ* 491.
φιλέεσκε. *Γ* 388. *Z* 15. *T* 450.
φορέεσκε. *N* 372, 398, 407. *O* 646.

b) medii:

ζωννύσκετο. *E* 857.
ἰσάσκετο. *Ω* 607.
καλέσκετο. *O* 338.
λισσέσκετο. *I* 451.
μαχέσκετο. *H* 140.
πανέσκετο. *Ω* 17.
πωλέσκετο. *Λ* 490. *E* 788.

τιέσκετο. *Λ* 46.
τρωπάσκετο. *Λ* 568.

II. 3. pers. plur. **a) activi:**

ἐϑέλεσκον. *N* 106.
ἑλεαίρεσκον. *Ω* 23.
ϑέεσκον. *Y* 229.
ἰσχανάασκον. *O* 723.
καλέεσκον. *I* 562.
κλύζεσκον. *Ψ* 61.
μένεσκον. *T* 42.
ναίεσκον. *B* 758.
ναιετάασκον. *B* 539, 841.
νεικείεσκον. *T* 86.
ἀν-οίγεσκον. *Ω* 455.
οἴχνεσκον. *E* 790.
ὀτρύνεσκον. *Ω* 24.
πλύνεσκον. *X* 155.
ῥέζεσκον. *Θ* 250.
ἐπιρ-ρήσσεσκον. *Ω* 454.
ὑπο-τρομέεσκον. *Y* 28.
φορέεσκον. *B* 770. *Φ* 31.

b) medii:

μυϑέσκοντο. *Σ* 289.

III. 1. pers. sing. **activi:**

εἴασκον. *E* 802.
ἔχεσκον. *N* 257.
ῥίπτασκον. (sic) *O* 23.
σώεσκον. *Θ* 363.
χαίρεσκον. *Σ* 259.

IV. 2. pers. sing. **a) activi:**

βουκολέεσκες. *Φ* 448.
εἴασκες. *T* 295.
ἐϑέλεσκες. *I* 486.
ἔχεσκες. *E* 472.
φάσκες. *T* 297.

Huius conformationis praeprimis est subiectum utriusque

b) medii:

πελέσκεο (*-ετο* C). *X* 433.
ῥύσκεν. *Ω* 730.

Verbi *φημί* eae formae, quae augmento carent, iterativae sunt: *δ* 191. *κ* 331. *T* 297, ubi *με/φάσκες* legendum est. Contra formae augmento praeditae imperfecto verbi *φάσκειν* tribuendae sunt neque habent vim iterativam: *ε* 135. *η* 356. *ϑ* 565. *μ* 275. *ν* 173. *ξ* 321. *ϱ* 114. *τ* 191. *ψ* 335. *χ* 35. *ν* 209 et *N* 100. Itaque *λ* 306, cum sententia non repetita sit, potius *ἦ δὴ ἔφασκεν* quam *φάσκεν* scribam. restat tamen unus versus *ω* 75, ubi pro simplici imperfecto *φάσκεν* initio versus legitur. Deinde forma *ἔσκε* non est iterativum, sed vetus imperfectum verbi *εἶναι* (cf. latinum escit) et imperfecti vice permultis locis fungitur. Sed similitudine iterativorum factum est, ut ipsum quoque paulatim aliquid sententiae iterativae acciperet et inter formas iterativas insereretur:

Π 225: *ἔνθα δέ οἱ δέπας ἔσκε τετυγμένον, οὐδέ τις ἄλλος πίνεσκε ἀπ' αὐτοῦ, . . . οὔτε τεῳ σπένδεσκε ϑεῶν, ὅτι μὴ Διὶ πατρί.*

et *E* 536. *Π* 147, 550. *Σ* 118.

Iterativa aoristi et imperfecti eadem ratione inter se differunt, qua simplex aoristus et imperfectum. Singulae actiones totius iterationis aut coordinantur aut subordinantur. Coordinantur his locis:

I 330: *δώδεκα πόλις ἀλάπαξα· τάων ἐκ πασέων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσϑλὰ ἐξελόμην, καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον· ὁ δὲ δεξάμενος διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ' ἔχεσκεν.*

Λ 64: *Ἕκτωρ ὁτὲ μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν, ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισιν.*

Λ 565—569: *Τρῶες αἰὲν ἔποντο· Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν μνήσάσκετο Φοίριδος ἀλκῆς καὶ ἐρητύσασκε φάλαγγας, ὁτὲ δὲ τρωπάσκετο φεύγειν.*

P 461: *ῥέα μὲν φεύγεσκεν ὑπὲκ Τρώων ὀρυμαγδὸν,*
ῥεῖα δ' ὑπαίξασκεν.

Σ 159: *ὃ δὲ ἄλλοτε μὲν ἐπαίξασκεν, ἄλλοτε δ' αὖτε στάσκε.*

Σ 598: *οἱ δὲ ὁτὲ μὲν Ϙρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσι . . . . ἄλλοτε δ' αὖ Ϙρέξασκον ἐπὶ στίχας.*

Ψ 368: *ἅρματα ἄλλοτε μὲν χϑονί πίλνατο, ἄλλοτε δ' ἀίξασκε.*

Huius conformationis proprium est, subiectum utriusque verbi unum esse, actiones alternare ita, ut utrique eadem vis tribuatur neque arctius inter se cohaereant. Relatio actionum significatur subordinatione:

B 188 et 198: *ὄντινα μὲν βασιλῆα κιχείη, τὸν δ' ἐρητύσασκε παρασιὰς . . . ὃν δ' αὖ δήμου ἄνδρα ἴδοι, τὸν ἐλάσασκε ὁμοκλήσασκέ τε μύϑῳ.*

K 489: *ὅν τινα Τυδείδης πλήξειε, τὸν δ' Ὀδυσσεὺς ἐξερύσασκε.*

O 743: *ὅστις . . . φέροιτο, τὸν δ' Αἴας οὔτασκε.*

Σ 544: *οἳ δ' ὁπότε . . . ἰκοίατο τέλσον ἀρούρης, τοῖσι δ' ἔπειτα δέπας δόσκεν ἀνήρ, τοὶ δὲ στρέψασκον.*

X 194: *ὁσσάκι ὁρμήσειε, τοσσάκι μιν προπάροιϑεν ἀποστρέψασκε.*

Γ 216: *ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναίξασκεν Ὀδυσσεύς, στάσκεν, ὑπαὶ δ' ἴδεσκεν . . . σκῆπτρον δ' οὔτε ὀπίσω . . . ἐνώμα, ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν.*

his versibus iterativum poetica quadam licentia positum est. nam in antecedentibus quae de Menelai arte dicendi dicuntur, simplici oratione proferuntur neque haec ita intellegenda sunt, Ulixem saepius apud Troianos verba fecisse, sed poeta tamquam oblitus non se ipsum sed Antenorem loqui, describit universe mores Ulixis.

Imperfectum et aoristus variantur his locis:

praeter *I* 331—333 quos iam citavi, *Θ* 271—272: *αὐτὰρ ὃ αὖτις ἰών, πάις ὡς ὑπὸ μητέρα, δύσκεν εἰς Αἴαντα· ὃ δέ μιν σάκει κρύπτασκε φαεινῷ.*

Ω 9—18: *Ἀχιλλεὺς . . κατὰ δάκρυον εἶβεν, ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιος· τοτὲ δ' ὀρϑὸς ἀναστὰς δινεύεσκε ἀλύων παρὰ ϑῖν' ἁλός· οὐδὲ μιν ἠὼς φαινομένη λήϑεσκεν ὑπείρ ἅλα τ' ἠόνας τε, ἀλλ' ὅ γ' ἐπεὶ ζεύξειεν . . ἵππους, Ἕκτορα ἕλκεσϑαι δησάσκετο· τρὶς δ' ἐρύσας . . πανέσκετο, τὸν δ' ἔασκεν.*

Longe maxima pars iterativorum imperfecta sunt. Quorum cum sententia condicionali coniuncta sunt haec.

Λ 239—241: *ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν· καί ῥ' οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι, τοὺς μάλα ϑαρσύνεσκε· οὓς τινας αὖ μεϑιέντας ἴδοι, τοὺς μάλα νεικείεσκε.*

O 22: *ὃν δὲ λάβοιμι, ῥίπτασκον τειαγὼν ἀπὸ βηλοῦ.*

T 132: *τὴν αἰεὶ σιενάχεσκε, ὅτε ἑὸν φίλον υἱον ὀρῷτο ἔργον ἀεικὲς ἔχονια.*

Y 226 ss. *X* 500—503.

In reliquis sententia condicionalis, a qua actio repetita pendere cogitatur, non proprio enuntiato expressa est, sed facile suppletur:

Θ 362: *οὐδὲ μέμνηται, ὅ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν σώεσκον, ἢ τοι ὃ μὲν κλαίεσκε πρὸς οὐρανὸν, αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς . . προϊαλλεν.*

Λ 125: *ὅς ρα μάλιστα οὐκ εἴασκε Ἑλένην δύμεναι* (sc.: quotiens de ea re consulebatur).

O 722: *οἵ με ἐθέλοντα μάχεσθαι αὐτόν τε ἰσχανάασκον ἐρητύνιό τε λαόν.*

Ω 22: *τὸν δ' ἐλεαίρεσκον μάκαρες θεοὶ, κλέψαι δ' ὀτρύνεσκον*

(cum Hectorem mortuum ab Achille trahi videbant).

Itaque maxime in verbis affectuum cavendum est, ne quid de nostro sermone transferamus in linguam Graecam quod ab ea alienum sit. Nam quod *Z* 15 legitur *πάντας φιλέεσκεν ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων*, vis iterativa verbi *φιλεῖν* ex addito participio facile intellegitur. Sed in eandem sententiam iterativam similia omnia sunt interpretanda, ubi nos in nostro sermone continuam condicionem animi, non singula argumenta dispositionis mentalis cogitare solemus. Huc pertinent:

I 450/451: *παλλακίδος, ἣν αἰτὸς φιλέεσκεν, ἀτιμάζεσκεν δ' ἄκοιτιν· ἣ δὲ αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο . .*

prorsus falsum est, in eiusmodi sententiis iterativo vim intensivam tribuere.

Λ 46: *τάων μοι περὶ κῆρι τιέσκετο Ἴλιος ἱρή.*

N 460: *αἰεὶ ἐπεμήνιε, οὕνεκ' ἄρ ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν.*

Similiter *E* 126: *μένος οἷον ἔχεσκε Τυδεύς* et *E* 472. *N* 257 de singulis proeliis intellegendum est. Et insequentibus locis, condicio, quamquam paulo difficilius cognoscitur, inest:

B 221: *τὼ γὰρ νεικείεσκε.*

B 832: *οὐδὲ οὓς παῖδας ἔασκεν στειχέμεν.* idem verbum legitur *Λ* 330. *Y* 408. *T* 295. sed *E* 802 vis iterativa debilitata videtur.

I 352: *ὄφρα ἐγὼ πολέμιζον, οὐκ ἐθέλεσκε μάχεσθαι.* (cf. *I* 486. *N* 106.)

E 857: *ὅθι ζωννύσκειο μίτρην.* (cf. *K* 77/78.)

Z 402: *τὸν Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι Ἀστυάνακτα.* (cf. *I* 562. *O* 338. *Σ* 289.)

Z 460: *ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι = Λ* 627, 746. *Π* 292, 551. *P* 351.

H 140: *ὃν κορυνήτην κίκλησκον, οὕνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισιν μαχέσκετο· ἀλλὰ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας.*

Θ 250: *ἔνθα Ζηνὶ ῥέζεσκον.*

N 372: *οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ, ὃν φορέεσκε = N* 398, 407. *O* 646. *Φ* 31.

Accedunt *I* 540. *O* 640. *T* 42. *Y* 28. *Φ* 448. *X* 155, 458. *Ψ* 827. *Ω* 392, 454, 472, 607, 755. —

Denique *Ω* 730: *ἦ γὰρ ὅλωλας, ὅς τε μιν αὐτὴν ῥύσκευ* (sc. a singulis hostium oppugnationibus) potius iterativum verbi *ῥύεσθαι* quam imperfectum a verbo *ῥύσκεσθαι* praeterea ignoto derivatum habendum est.

Sui generis sunt quatuor hi loci:

Λ 490: *οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο . . . ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ, ποθέεσκε δ' ἀυτήν τε πτόλεμόν τε.*

verbum primum vulgarem sententiam iterativi praebet, in sequentibus autem, quamquam id quod praedicatur, de toto spatio temporis continuo valet, tamen ex studio quodam concinnitatis iterativa posita sunt.

P 408: *πολλάκι τόγε μητρὸς ἐπεύθετο, ἣ οἱ ἀπαγγέλλεσκε.*

T 85: *πολλάκι δή μοι τοῦτον Ἀχαιοὶ μῦθον ἔειπον καί τέ με νεικείεσκον*

hi duo loci ostendunt singularem rationem coordinationis: enuntiato priore singulae actiones repetitae in unum comprehenduntur, quas tamen singulas cum singulis actionibus enuntiati posterioris coniungendos esse iterativo significatur.

Σ 259: *ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,*
τόφρα δὲ ῥηίτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί·
χαίρεσκον γὰρ ἔγωγε θοῇς ἐπὶ νηυσίν ἰαύων

ob antecedens *ὄφρα–τόφρα*, quod maius spatium temporis complecti videtur, tamquam errore iterativum positum est, quamquam re vera Troiani unam noctem ante urbem vigilant.

Denique v. *E* 786: *Στέντορι εἰσαμένη, ὅς τόσον αὐδήσασκε ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα* legitur vulgari vi iterativum, versibus tamen fortasse interpolatis.

Igitur omnibus quos adhuc nominavimus locis propria sententia iterativorum facile perspici potest. unum restat, quod quo modo explicetur, haereo. Namque verbi *ναιετάω* 4×, verbi *ναίω* 3× in Iliade, semel in Odyssea leguntur formae iterativae, quae tamen quo modo iterative intellegantur, omnino non video. fortasse ex similitudine verbi *εἶναι*, cuius formam *ἔσκε* iure pro simplici imperfecto usurpari demonstravimus, factum est, ut iterativa *ναίεσκον, ναιετάεσκον* pro imperfecto adhiberentur.

In Odyssea usus iterativorum minus frequens est. tertia persona singularis activi usque praevalet. Aoristi pro numero imperfectorum perrari sunt. Iterativa praecipue adhibentur, ubi enuntiatum condicionale deest.

Index formarum.

I. Aoristi:

I. 3. pers. sing. **a) activi:**

ἀγνώσασκε. ψ 95.
κατ-αζήνασκε. λ 587.
προ-βάλεσκε. ε 331.
εἴξασκε. ε 332.
εἶπεσκε. 17× legitur.
ἔλεσκε. ϑ 88, 376.
ἐς-ἴδεσκε. ψ 94.
σπείσασκε. ϑ 89.
ἀπο-στρέψασκε. λ 597.
φύγεσκε. ρ 316.
ὤσασκε. λ 599.

b) medii:

γενέσκετο. λ 208.
ἀπ-ολέσκετο. λ 586.

c) passivi:

φάνεσκε. λ 587. μ 241, 242.

II. 1. pers. sing. **activi:**

δόσκον. ρ 420. τ 76.
ἔλεσκον. χ 220.

II. Imperfecta:

I. 3. pers. sing. **a) activi:**

ἀπ-αγγέλλεσκε. σ 7.
γοάασκε. ϑ 92.
εἴασκε. χ 427.
προ-ϑέεσκε. λ 515.
ϑέλγεσκε. γ 264.
ἰαύεσκε. ε 154.
ἵζεσκε. γ 409. ρ 331.
ἵστασκε. τ 574.
κομέεσκε. ω 212, 390.
ἀλ-λύεσκε. β 105. ω 140.
ἀνα-μορμύρεσκε. μ 238.
ναιετάασκε. ο 385.
ἐπ-οπιεύεσκε· π 140.
περάασκε. ε 480. τ 442.
ἀπο-πλύνεσκε. ζ 95.
ποιμαίνεσκε. ι 188.
πτωχεύεσκε. σ 2.
ῥίπτασκε. ϑ 274. λ 592. τ 575.
ὑφαίνεσκε. β 140. ω 139.
φάσκε. λ 306. κ 331. ω 75. δ 191.
φέρεσκε. ι 429.
φιλέεσκε. α 264, 435. η 171. ρ 257. σ 325.
φορέεσκε. χ 185.
ὤϑεσκε. λ 596.

b) medii:

δερκέσκετο. ε 84, 158.
ἐκέσκετο. φ 41. ξ 521.
κηδέσκετο. χ 358.
μισγέσκετο. σ 325.
μνάσκετο. ν 290.
πωλέσκετο. λ 240.
φαινέσκετο. ν 194.

II. 3. pers. plur. **a) activi:**

ἀγίνεσκον. ϱ 294.
ἐφ-έπεσκον. μ 330.
ἐρίζεσκον. ϑ 225.
ϑαυμάζεσκον. τ 229.
ἰαύεσκον. ι 184.
ἱερεύεσκον. υ 3.
ἰχϑυάασκον. δ 318.
κήδεσκον. ψ 9.
μινύϑεσκον. ξ 17.
πεδάασκον. ψ 353.
πρήσσεσκον. ϑ 259.
ῥέζεσκον. χ 46. ϱ 211.
σπένδεσκον. η 138.
τίεσκον. χ 414. ψ 65.
φέρεσκον. κ 108.

b) medii:

βοσκέσκοντο. μ 355.
ἐμισγέσκοντο. υ 7.
σινέσκοντο. ζ 6.
σιτέσκοντο. ω 209.

III. 2. pers. sing. **activi:**

ἔρδεσκες. υ 350.

IV. 1. pers. sing. **activi:**

δεύεσκον. η 266.
ἀλ-λύεσκον. τ 150.
ὀχέεσκον. λ 619.
παύεσκον. χ 315.
ῥέζεσκον. χ 209.
ὑφαίνεσκον. τ 149.
χαίρεσκον. μ 380.

V. 1. pers. plur. **activi:**

νικάσκομεν. λ 512.

Exempla coordinatarum sententiarum sunt haec:

ε 331: *ἄλλοτε μέν τε Νότος Βορέῃ προβάλεσκε φέρεσϑαι,*
ἄλλοτε δ' αὖτ' Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.
ψ 94: *ἄλλοτε μέν μιν ἐσίδεσκεν, ἄλλοτε δ' ἀγνώσασκε.*
ϑ 374: *σφαῖραν, τὴν ἕτερος ῥίπτασκε, ὑπὸ δ' ἀπὸ χϑονὸς ὑψόσε ἀερϑεὶς*
ῥηιδίως μεϑέλεσκε.
λ 208: *τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ*
ἔπτατ'· ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόϑι μᾶλλον.

Enuntiatum condicionale additum est in his:

ξ 217: *ὁπότε κρίνοιμι λόχονδε, οὔ ποτέ μοι ϑάνατον προτιόσσετο ϑυμός, ἀλλὰ πολὺ πρώτιστος .... ἔλεσκον, ὅ τέ μοι εἴξειε πόδεσσιν.*

ϱ 316: *οὔτι φύγεσκε, ὅττι δίοιτο* (manifestum est quam non satisfaceret imperfectum iterativi).

ϱ 420: *καὶ γὰρ ἐγώ ποτε οἶκον ... ἔναιον καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ, τοίῳ ὁποῖος ἔοι* = τ 76.

Aoristus et imperfectum mutantur in his:

ϑ 87—92: *ἦ τοι ὅτε λήξειεν ἀοιδός, κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἕλεσκεν ... καὶ σπείσασκεν· αὐτὰρ ὅτε ἄψ ἄρχοιτο, ἄψ Ὀδυσεὺς γοάασκεν.*

λ 585: *ὁσσάκι κύψειε, τοσσάκι ὕδωρ ἀπολέσκετο, ἀμφὶ δὲ ποσσὶν γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων .... δένδρεα δὲ χέε καρπόν. τῶν ὁπότε ἰϑύσειε, τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.*

λ 596: *λᾶαν ἄνω ὤϑεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι ἄκρον ὑπερβαλέειν, τύτ' ἀποστρέψασκε κραταιίς· αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. αὐτὰρ ὅγε ἄψ ὤσασκε.*

μ 237—242: *ὅτε ἐξεμέσειε, πᾶσα ἀναμορμύρεσκε, ὑψόσε δ' ἄχνη .. ἔπιπτεν· ἀλλ' ὅτε ἀναβρόξειε, πᾶσα ἔντοσϑε φάνεσκε κυκωμένη, ἀμφὶ δὲ πέτρῃ δεινὸν ἐβεβρύχειν, ὑπένερϑε δὲ γαῖα φάνεσκε.*

In imperfecto iterativi adhibendo duae rationes in Odyssea cognoscuntur. primum ponitur, sententia condicionali sequente:

δ 191: *.. φάσκε, ὅτε ἐπιμνησαίμεϑα.*
η 138: *ᾧ πυμάτῳ σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτου.*
μ 380: *ᾗσιν ἔγωγε χαίρεσκον, .. ὁπότε προτραποίμην.*
ξ 520: *χλαῖναν, ἣ οἱ παρεκέσκετο ἔννυσϑαι, ὅτε τις χειμὼν ὄροιτο.*
σ 6: *Ἶρον κίκλησκον, οὕνεκα ἀπαγγέλλεσκε κιών, ὅτε τις ἄνωγοι.*
χ 315: *παύεσκον, ὅ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι.*
χ 414 (= ψ 65): *οὔτινα τίεσκον, ὅ τέ σφεας εἰσαφίκοιτο.*

Deinde adhibetur, ubi condicio proprio enuntiato expressa non est:

β 104 (= *τ* 149. *ω* 139): *ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκε, νύκτας δ' ἀλλύεσκε, ἐπεὶ δάιδας παραθεῖτο.*

γ 264: *ὁ δὲ εὔκηλος πολλὰ ἄλοχον θέλγεσκε.*

γ 409: *λίθοι οἷς ἔπι . . ἵζεσκε.* cf. *ρ* 331.

δ 368: *αἰεὶ ἰχθυάασκον.*

δ 627 (= *ρ* 169): *ὄθι καὶ πάρος ἶβριν ἔχεσκον.*

ε 154—158: *νύκτας μὲν λαύεσκε παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ, ἤματα δὲ δερκέσκετο . .*

Ut in his quae exscripsimus, exemplis vis iterativa facile cognoscitur, ita in reliquis de sententia dubitari non potest: *ζ* 6, 95 (cf. *ψ* 61). *ϑ* 259. *ι* 184, 429. *κ* 331 (*αἰεὶ*). *λ* 240, 619. *μ* 330, 355. *ν* 350. *ξ* 17 (= *ρ* 211). *ρ* 294. *σ* 325 (= *υ* 7). *τ* 229, 573. *υ* 3 (cf. 290). *χ* 185, 209, 357 (*αἰεὶ*), 427. *ψ* 353. *ω* 209 (cf. *ϑ* 70. *τ* 49), 212.

Nonnulla, quae mihi accuratius consideranda videbantur, ascribo.

Iterativum ab imperfecto excipitur:

π 140: *τείως ἔργα τ' ἐποπτεύεσκε μετὰ δμώων τε πῖνε.*

ψ 9: *οἶκον κήδεσκον καὶ κτήματα ἔδον.*

Qua sententia iterativum positum sit, paulo difficilius explicatur v. *ν* 194. cum Ulixes in Ithaca expergiscens patriam primo non agnovit, Minerva nebulis omnia premente, haec leguntur:

. . . περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν . . .
τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοιδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι.
στῆ δ' ἄρ' ἀναίξας καὶ εἴσιδε . . .

Hentze in commentario annotat „erschien immer und immer, indem er sich nämlich nach allen Seiten umsah, um auf alles, was hier aufgezählt wird, seinen Blick richten zu können". Huius modi iterationem ut ita dicam localem, quae alibi non invenitur, interpretando instituere mihi non probatur. Videtur potius concedendum esse, hoc loco iterativum diuturnitati significandae inservire: tam diu Ulixi omnia aliena videri, dum Minerva nebulas removeret, nisi malumus statuere, Ulixem conspectu loci ignoti stupefactum atque semisomnum identidem oculos aperientem et operientem fingi, quo certior fiat, ubinam sit. Tamen negari

non potest, nonnullis locis iterativum in vim diuturnitatis abire. nam *η* 98: *Φαιήκων ἡγήτορες ἑδριόωντο πίνοντες καὶ ἔδοντες, ἐπηετανὸν γὰρ ἔχεσκον* non verisimilis est interpretatio eos quotiens considerent, habuisse, sed nihil aliud dicitur quam illud *ἔχειν* in omne tempus valere. Similiter *η* 259: *ἔνθα ἑπιάσιες μένον ἔμπεδον, εἵματα δ' αἰεὶ δάκρυσι δεύεσκον* iterativo congruentia temporum significatur, Ulixem dum retinebatur, lacrimasse, quamquam hoc loco illud, eum interdum desiisse, facilius cogitari potest (cf. *E* 82, 158).

Itaque materie proposita de natura et usu iterativorum haec colligimus. W. Schulze in Quaestionibus epicis pg. 63 breviter affirmat, iterativum ex tertia persona praeteriti activi sing. cum *κε* particula conglutinatum esse. rationem explicandi formam omitto. hoc unum quaeram, quid ex syntaxi de hac re iudicandum sit. 3. pers. sing. activ. in Iliade 100, in Odyssea 66, ceterarum omnium 42 in Iliade, 48 in Odyssea exempla iterativorum exstant. Quae res inde non satis explicatur, quod omnino in narrationibus 3. persona praevaleat. Accedit quod nonnullae formae paradigmatos: primae pers. medii, secundae pluralis omnino desunt, quod iterativum praesente et modis obliquis caret. Deinde vidimus iterativo iterationem intermissam significari, quam structura syntactica totius enuntiati potius quam forma verbi exprimi decebat. Nam natura iterationis est ea, ut actio certo spatio temporis repetatur. Momentum temporis autem, quo actio repetenda incipiat, aut adverbio aut altera actione definitur. Quo fit, ut actio repetita, quippe quae pendeat ab altera, in condicionem abeat. Quid autem melius sententiae condicionali poterat convenire quam *κε* particula? qua accuratissime significabatur, actionem non unam atque simplicem narrationis filo conclusam esse, sed eandem semper necessario existere, condicione data. Denique si addideris recentiorem Graecae linguae usum, praeterito cum *ἄν* particula coniuncto efferendi actionem iteratam, dubitari non potest, quin una haec vera sit explicatio. Itaque apparet principio nihil iterationis inesse in iterativo. Atque sententiae principalis, quae est condicionalis, sunt quaedam in Homericis carminibus vestigia. Primum enim notissimum illud *εἶπεσκε* in vim iterativam interpretari licere vehementer nego. Nam iterationem intermissam esse, quasi alius post alium eadem verba faciat, nemo contendet. At iterativum in eam sententiam

adhiberi, ut eandem rem uno tempore*) a pluribus hominibus agi significetur, uno quaeso exemplo ostendatur. Immo demonstrare posse mihi videor, vitasse Graecos in tali sententia iterativum, duobus his locis:

Ξ 507: *πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπως φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.*

et Θ 270: *ἔνθα Αἴας μὲν ὑπεξέφερεν σάκος· αὐτὰρ ὅγε ἥρως παπτήνας, ἐπεὶ ἄρ' τινα . . βεβλήκοι, ὃ μὲν αὖθι πεσὼν ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν.*

in utraque enim sententia quamvis iterativa, enuntiatum primarium ob varietatem subiectorum, quorum unum tantum cogitatur (*τις, ἕκαστος*), simplici forma verbi effertur. — Atque in forma *εἴπεσκε* multis locis ne id quidem cogitari potest, plurium sententiam pronomine *τις* comprehendi, sed apparet unum atque ignotum hominem significari, maxime eis locis, quibus *αλλος αὖ εἴπεσκε* similia sequuntur. Itaque nihil aliud inest in hoc verbo quam eum qui ita loquitur, non verba memoriae prodita narrare, sed ipsum ex rerum condicione finxisse, quae forte fuerit communis opinio, quid quivis rebus sic stantibus dicere potuerit. Itaque sive unus verbo *εἴπεσκέ τις* significatur, sive plures comprehenduntur, iterationis nihil inest, sed sententia vere condicionalis (nos: so sprach einer in dieser Lage, unter diesen Umständen.)

Alterum eiusdem generis legitur:

Λ 636: *. . πὰρ δὲ δέπας περικαλλές . .,*
ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
πλεῖον ἐόν, Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν.

Quae ista est iteratio? an quotienscumque bibebat senex, non sustulisse quemquam calicem? Apparet in universum dici neminem fuisse tantis viribus praeditum, qui calicem tolleret. nihil aliud igitur verbo *ἀποκινήσασκε* significatur quam id quod recentiore forma sermonis particula *ἄν* Graeci efferre solebant: *ἄλλος μογέων ἀπεκίνησεν ἄν.*

*) ι 429: (*ἄρσενες ὅσσοι ἦσαν . .*) *τοὺς ἀκέων συνέεργον ἐυστρεφέεσσι λύγοισι, σύντρεις αἰνύμενος· ὁ μὲν ἐν μέσῳ ἄνδρα φέρεσκεν, τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην.* iterativum apte depingit Ulixem arietes alios post alios coniungentem. ubi omnes uno tempore cogitantur, v. 431, imperfectum legitur: *τρεῖς δὲ ἕκαστον φῶτ' ὄιες φέρον.*

Similis est sententia ϑ 225:

ἀνδράσι δὲ προτέροισι ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω
οὔθ' Ἡρακλῆι οὔτ' Εὐρύτῳ Οἰχαλιῆι,
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἐρίζεσκον περὶ τύξων.

ineptum est credere, identidem illos cum dis certasse dici neque aptius Hentze interpretatur: „stets wetteiferten, so treffliche Bogenschützen waren sie.“ Id solum significat Ulixes, verba sua non fide historica niti, verum tamen se putare illos viros tantos fuisse, ut cum dis certare ausi sint (nos: „sie stritten wohl auch“ vel „sie hätten gestritten“).

Praeter iterativum iam in Homericis carminibus altera ratio reddendi sententias repetitas usitata est, notissima illa sententiarum coniunctio, quae semper viguit in lingua Graeca et interdum sola valuit. Sententia tota constat ex duobus enuntiatis, secundario condicionali, quod optativum verbi poscit, primario, cuius verbum imperfecti temporis est. Huius structurae summum est aequalis semper et constans forma sententiarum, qua efficitur, ut vis iterativa, quae ipsa forma orationis vix indicatur, tamen facile intellegatur. Imperfectum enuntiati primarii inde natum est, quod singulae actiones repetitae in unum verbum sermone coactae speciem diuturnitatis praebebant. Exempla eius modi, non ita multa, sunt haec:

K 11: *ἦ τοι ὅτε ἐς πεδίον ἀθρήσειεν, θαύμαζεν πυρὰ πολλὰ, . . . αὐταρ ὅτε ἐς νῆας ἴδοι, πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἔλκετο χαίτας.*

Λ 610: *ἔνθα πάρος κοιμᾶτο, ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.*

K 78: *ζωστήρ, ᾧ ῥ' ὁ γεραιὸς ζώννυτο, ὅτε ἐς πόλεμον θωρήσσοιτο* (cf. *E* 857).

O 730: *ἑστήκει δεδοκημένος, ἔγχει δ' αἰεὶ Τρῶας ἄμυνε νεῶν, ὅστις φέροι ἀκάματον πῦρ.*

M 265: *ἀμφοτέρω Αἴαντε . . . ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖσι ἔπεσσι νείκεον, ὁντινα ἴδοιεν* (cf. *B* 188/198. *Λ* 239).

ὅτε Γ 221. *Λ* 543 (versusne interpolatus?). *Σ* 566. *ὁππότε N* 710. *ὅστις M* 427. *ὅππως Σ* 472. *εἴτις Ω* 768.

Saepius sententia iterativa imperfecti adverbio *αἰεὶ* addito augetur. Quamquam enim plerumque *αἰεὶ* ita adhibitum legitur, ut continuam diuturnitatem indicet, tamen aliquot locis distributive usurpari manifestum est. Praeter *O* 730 supra adscriptum velim conferas *Π* 105: *πήληξ βαλλομένη κναχὴν ἔχε, βάλλετο δ' αἰεί.*

E 434. *N* 357, 424. *Ψ* 502 et cum iterativo *I* 451. *T* 132. In enuntiato secundario apud Homerum *αἰεί* nunquam legitur.

Quae forma iterationis, quamquam in lingua Graeca magis magisque valuit, tamen quibus laboret incommodis, facile perspicitur. Nam cum in enuntiato primario tempus imperfectum necessario posceretur, discrimen quod inter actionem imperfectivam et aoristicam est haerebant quo modo significarent. Itaque in Graeca lingua omnibus temporibus, ubicumque in singulis sententiis iterativis, actionem aoristice praedicari magni intererat, varie temptatum est, qua via imperfectum fugerent. Atque in Iliade, quamquam in eius modi sententiis aoristum iterativi sumere licebat, tamen aliquot loci sunt, quibus neglecta iteratione simplex aoristus positus est:

E 436: *τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεαίνων,*
τρὶς δέ οἱ ἐστυφέλιξε φαεινὴν ἀσπίδ' Ἀπόλλων (cf. *λ* 208).

Φ 263: *ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο.*

P 730: *ὣς Τρῶες εἴως μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἔποντο·*
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' Αἴαντε μεταστρεφθέντε κατ' αὐτοὺς
σταίησαν, τῶν δὲ τράπετο χρὼς οὐδέ τις ἔτλη . . .
δηριάασθαι.

duobus prioribus locis iteratio adverbiis *τρίς, αἰεὶ* satis indicatur, tertio enuntiato secundario solo significatur.

Denique cum tempore imperfecto actio ad actiones praeteritas referri soleat, in oratione recta, in qua etiam praeteritum ad praesens spectat, in Iliade quidem aoristus imperfecto praefertur in sententiis iterativis; quo singulae actiones tamquam in unam coguntur.

Γ 232: *πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηίφιλος Μενέλαος, . . ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.*

Θ 186: *νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν Ἀνδρομάχῃ ὑμῖν προτέροισιν . . . ἔθηκεν, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.*

T 315: *ἦ ῥά νύ μοί ποτε καὶ σὺ . . . αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας, ὁπότε σπερχοίατ' Ἀχαιοί.*

Ψ 281: *τοίου κλέος ἀπώλεσαν ἡνιόχοιο, ὅ σφωιν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον . . . κατέχευεν.*

Contra bis legitur imperfectum:

I 524: *οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν, ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι.* (particula *κεν* non iterationis causa, sed quia sententia fingitur, non factum narratur.)

Ω 768: *εἴ τίς με καὶ ἄλλος . . . ἐνίπτοι, ἀλλὰ σύ τὸν γε κατέρυκες.* —

In Odyssea quamquam iterativorum numerus multo minor est (142 : 114), tamen vulgaris iterationis exempla non plura leguntur quam in Iliade:

ι 94: *τῶν δέ ὅς τις λωτοῖο φάγοι, οὐκέτι ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν.*

γ 282: *Φρόντις, ὃς ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων, νῆα κυβερνῆσαι, ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι.*

ϑ 70: *παρ' δ' ἐτίθει δέπας οἴνοιο πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι* (cf. *Θ* 186).

ϑ 219: *οἷος δή με Φιλοκτήτης ἀπεκαίνυτο τοξῳ, ὅτε τοξαζοίμεθα Ἀχαιοί.*

τ 49: *ἔνθα πάρος κοιμᾶτο, ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.*

τ 370: *οὕτω που καὶ κείνῳ ἐφεψιόωντο γυναῖκες, ὅτε τευ κλυτὰ δώματ' ἴκοιτο.*

Sententia negativa ita comparata, ut iteratio in negatione, non in positione insit, legitur *λ* 289:

οὐδ' ἄρα Νηλεὺς τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἔλικας βοῦς ἐλάσειε.

Accedunt praeterea *γ* 106. *λ* 510. *ξ* 217. *π* 141 (antecedit *ἐποπτεύεσκε*). Adverbium *αἰεί* saepius occurrit:

χ 117: *ὄφρα αὐτῷ ἔσαν ἰοὶ, τόφρα ἕνα γε αἰεὶ βάλλε τιτυσκόμενος· τοί δὲ ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον.*

item *β* 22. *ϑ* 344. *λ* 511. *π* 241, 366. *φ* 146. *χ* 357. *ψ* 215 et cum iterativo *δ* 368. *η* 259. *ϰ* 330. denique cf. *η* 201.

Difficilis est locus:

ω 343: *ὄρχους δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας δώσειν πεντήκοντα, διατρύγιος δ' ἕκαστος ἦην· ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν, ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.*

Hentze dicit in commentario „*ἔνθα δὴ* bis *ἔασιν* als fortdauernde Eigenschaft ist parenthetisch gesagt — *ὁπότε* nach *ἦην* mit dem iterativen *ἐπιβρίσειαν*“, certe falsa interpretatione usus. nam enuntiatum ab *ὁπότε* incipiens arctissime cohaerere cum *ἔασι*, non posse referri ad *ἦην* manifestum est. Itaque si modo verba recte tradita sunt, sic interpretanda sunt: narrari rem de praeterito tempore, quae tamen usque in praesens tempus valeat. Itaque in enuntiato secundario optativus, modus praeteriti, ponitur,

in primario praesens quasi gnomicum. Huius modi sententiae in quibus praedicatum temporis praeteriti in praesens valet, cum admodum rarae sint — in Iliade nullum exemplum exstat — haesisse crediderim loquentes, utrum optativum an coniunctivum aptiorem putarent. Itaque bis in simili sententia coniunctivum cum aoristo legimus:

κ 327: *οὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ' ἀνέτλη, ὅς κε πίῃ.*
μ 66: *τῇ οὔπω τις νηῦς φύγεν ἀνδρῶν, ἥ τις ἵκηται.*

aoristi gnomicis simillimi sunt, neque tamen ipsi sunt gnomici. sed est tanquam narratio historica, quae in praesens valet. Atque ut in priore illo exemplo verbi secundarii optativus cum praesente enuntiati primarii coniunctus erat, ita nunc primarium ad praeteritum, secundarium ad praesens refertur. —

Aoristus pro imperfecto, in sententiis iterativis adhibitus, cuius in Iliade exempla plura invenimus, semel exstat:

ι 208: *ὅτε πίνοιεν, ἐν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα χεῦε.* —

De hymnis Homericis et Hesiodi carminibus breviter referam. Iterativum pro numero versuum satis frequens est, plerumque per se positum, rarius cum enuntiato condicionali coniunctum:

Apoll. 177: *ὃς τῇ γε ἀντιάσειε, φέρεσκέ μιν αἴσιμον ἦμαρ.*
Herm. 7: *νύμφῃ μισγέσκετο, ὄφρα ὕπνος ἔχοι Ἥρην.*

In ceteris sententia iterativa nunc servata, nunc omnino oblitterata videtur: servata est Apoll. 68: *φράζεσκετο βουλάς.* Herm. 58: *ὡς πάρος ὠρίζεσκον*, 279: *ὑφρῦς ριπτάζεσκεν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.* Aphrod. 55: *βουκολέεσκε*, 126 (cf. Dem. 331): *φάσκε*, 251: *πρὶν τάρβεσκον, πάντας γὰρ δάμνασκε.* Pan. 47: *Πᾶνα καλέεσκον.*

Sententia iterativa carent:

Aphrod. 25: *μάλα οὐκ ἐθέλεσκε ἀλλ' ἀπέειπεν.*
v. 209—216: *γόασκε ἤματα πάντα· αὐτὰρ ἐπεὶ Ζηνὸς ὄγε ἔκλυεν ἀγγελιάων, οὐκέτι ἔπειτα γόασκε.*

similiter Dem. 237 iterativa duo recte, tertium falso, quasi attractione adhibita leguntur: *Δημήτηρ χρίεσκε· νύκτας δὲ κρύπτεσκε . . . τοῖς δὲ θαῦμα ἐτέτυκτο ὡς τελέθεσκε.*

Denique Dionys. 8 *φοιτίζεσκε* forma valde mira. Apol. Pyth. 102. Heph. 4 *ναιετάεσκον.* Ap. Pyth. 125 *ἔρδεσκε.*

Iterativum aoristi: Ap. Pyth. 225 *πάντοθ' ἀνασσείσασκε, τίνασσε δὲ νήια δοῦρα.* —

Iteratio vulgaris rara est: hymn. VI in Aphrod. v. 12.

Aoristus in sententia repetita bis legitur:

Apol. 141: *ἄλλοτε μέν τ' ἐπὶ Κύνθου ἐβήσαο παιπαλόεντος, ἄλλοτε δ' ἂν νήσους τε καὶ ἀνέρας ἠλάσκαζες.*

Aphr. 38: *καί τε τοῦ εὖτ' ἐθέλοι πυκινὰς φρένας ἐξαπαφοῦσα ῥηιδίως συνέμειξε καταθνητῇσι γυναιξίν.*

Hesiodus iterativo nisi in sententiis vere iterativis non utitur. cum enuntiato secundario legitur:

Theog. 156: *ὅπως τις πρῶτα γένοιτο, πάντας ἀποκρύπτασκε καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε.*

oper. 132: *ὅτε ἄρα ἠβήσαι τε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο, παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον.*

scut. 162: *ταὶ φοβέεσκον, οἵ τινες φέροιεν.*
480: *ὅσσις ἄγοι, σύλασκε.*

frg. 112: *ὅττι κε χερσὶ λάβεσκε, ἀείδελα πάντα τίθεσκε* (cf. Ω 752, ubi tamen illud *κε* in enuntiato secundario deest.)

scut. 252—256: *ὃν δὲ πρῶτον μεμάποιεν, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ βάλλε ὄνυχας, ψυχὴ δ' Ἀιδόσδε κατῆεν. αἱ δὲ φρένας εὖτε ἀρέσαιντο αἵματος, τὸν μὲν ῥίπτασκον ὀπίσσω.*

ἀρέσαιντο necessario scribitur ex coniectura Peppmülleri, pro tradito *ἀρέσαντο.*

Enuntiatum condicionale deest:

Theog. 835: *ἄλλοτε δ' αὖ ῥοίζεσκε.*
oper. 634: *πλωίζεσκε ἐν νηυσί.*
scut. 332: *βαινουσέων ἰάχεσκε σάκος.*
frg. 14: *ἄλλοτε μὲν . . . ἐν ὀρνίθεσσι φάνεσκεν, ἄλλοτε δ' αὖτε πελέσκετο . . . μύρμηξ.*
frg. 117: *ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν οὐδὲ κατέκλα, ἀλλὰ δρομάασκε καὶ οὐ σινέσκετο καρπόν.*
Theog. 207: *καλέεσκε — φάσκε.* scut. 9 *τίεσκεν.*

In sententiam longinquitatis abiit iterativum:

frg. 170: *ναίεσκε.* Theog. 533: *ἔχεσκε.*

Iteratio vulgaris: Theog. 459: *τοὺς κατέπινε . . . ὥς τις ἕκαστος . . . ἵκοιτο* et 523: *ἦπαρ ἤσθιεν, τὸ δ' ἀέξετο, — ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἔδοι . . . ὄρνις.* —

2. De Herodoto et Thucydide.

Itaque in carminibus epicis res admodum simplex: habemus, si singularia omittimus, duas formas iterationis, quarum altera iam deficere incipit, altera adeo in se conclusa est, ut iam nec perfici nec omnino mutari possit. Sed mihi non proposui, ut in tota Graecitate qui fuerit usus iterationis exponam, satis habeo singulos prosae orationis scriptores proponere, Herodotum et Thucydidem, qui in hac quidem re magnopere inter se differunt. Nam Thucydides cum magis interesse putaret sermonem severitate et constantia quam accuratissimum reddere quam varietate et mobilitate syntaxis ad quosvis animi motus subtilissimos exprimendos aptum facere, satis habuit una illa iterationis forma quamvis incommoda. Maluit omnino carere aoristo quam varietate formarum periclitari ne perspicuitas sententiae minueretur. At Herodotus, ut homo vere Ionicus, non tam id spectavit, ut sententia ratione acciperetur, quam ut tamquam praesens et viva oratio fingeretur. Itaque et iterationis formam vulgarem adverbiis artificiose additis exornare et sententiarum singularum proprietati adaptare varie conatus est, et novas vias ingressus est, quibus etiam in enuntiatis iterativis duritie imperfecti liberatus aoristum servare studebat. In hoc duarum dialectorum studio tam diverso maxime inter se discedunt Herodotus et Thucydides quorum hic summam simplicitatem, ille varietatem amplissimam praestant. —

Atque in Herodoto primum iterativum, quamquam pro amplitudine librorum exempla non ita multa sunt, vi imminuta in usu est. formae exstant hae:

ἄγεσκον. I 148. I 196.
ἀπ-αιρέεσκον. I 186.
ἄρδεσκε. II 13. III 117.
μετεκ-βαίνεσκε. VII 41, 1.
βαλλέσκετο. IX 74, 1.
ἐθέλεσκον. VI 12, 4.
ἀπ-ελαύνεσκον. VII 119, 3.
ἔρδεσκε. VII 33.
ἔσκε. VII 119, 3. *ἔσκον.* I 196.
ἔχεσκε. VI 12, 1. *ἔχεσκον.* VII 119, 3.

ἴηχεσκε. IV 200.
κλαίεσκε. III 119.
κλέπτεσκε. II 174.
λάβεσκε. IV 78. *λάβεσκον.* IV 130.
κατα-λίπεσκε. IV 78.
μένεσκον. IV 42.
ὀδυρέσκετο. III 119.
πέμπεσκε. I 100. VII 106, 1. *πέμπεσκον.* I 100.
ποίεσκε. IV 78. *ποίεσκον.* I 36.
ποιέσκετο. VII 119, 3. VII 5, 3.
πωλέεσκε. I 196.
σιτεύεσκε. VII 119, 2.
σπείρεσκον. IV 42.
ἐπι-τείνεσκε. I 186.
τρέπεσκε. IV 128.
φεύγεσκον. IV 43. VII 211, 3.
δια-φθείρεσκε. I 36.
χρήσκοντο. III 117.

Itaque iterativa magis magisque reprimi cum ex ipsa formarum paucitate tum inde colligitur, quod solum verborum in *-ο* exeuntium iterativa exstant. Desunt verborum in *-μι*, desunt aoristorum littera *-σ* formatorum et aoristorum ex stirpe fictorum. Unde tamen apparet haec quae habet iterativa Herodotum ex ipso sermone, non ex Homeri dictione sumpsisse. Cum enuntiato condicionali coniuncta sunt haec:

I 186: *οἰκοδόμεε γέφυραν . . ἐπιτείνεσκε δὲ ἐπὶ αὐτὴν ὅκως μὲν ἡμέρη γένοιτο, ξύλα τετράγωνα· τὰς δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαιρέεσκον, ἵνα μὴ διαφοιτέοντες κλέπτοιεν.*

II 13: *ἐπὶ Μοίριος βασιλέος, ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμός, ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκε Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος.*

IV 43: *ὅκως σφεῖς καταγοίατο τῇ νηί, φεύγεσκον πρὸς τὰ ὄρεα.*

VI 12, 1: *ἀνάγων ἑκάστοτε, ὅκως τοῖσι ἐρέτῃσι χρήσαιτο, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρης τὰς νέας ἔχεσκε ἐπὶ ἀγκυρέων.*

VII 41, 1: *Ξέρξης μετεκβαίνεσκε, ὅκως μιν λύγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν.*

119, 3: *ὅκως ἀπίκοιτο ἡ στρατιή, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἐς τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποιέσκετο Ξέρξης. ὡς δὲ δείπνου γίνοιτο ὥρη, οἱ μὲν δεκόμενοι ἔχεσκον πόνον· οἱ δὲ ὅκως νύκτα ἀγάγοιεν, . . ἀπελαύνεσκον.*

211, 3: *Λακεδαιμόνιοι ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, καὶ ὅκως ἐντρέψειαν τὰ νῶτα, ἄλέες φεύγεσκον δῆθεν.*

IX 74: *ἐφύρεε ἀγκύραν, τὴν ὅκως πελάσειε τοῖσι πολεμίοισι, βαλλέσκετο . .*

Non proprio enuntiato expressa condicio est in his:

I 36: *ὁρμώμενος τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε, πολλάκις δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ' αὐτὸν ἐξελθόντες ποιέεσκον μὲν οὐδὲν, ἔπασχον δέ.*

I 148: *Μυκάλη, ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἄγεσκον ὁρτήν.*

IV 200: *ἀσπίδα περιφέρων προσῖσχε πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλιος· τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε*) *κωφὰ, πρὸς τὰ προσῖσχε, κατὰ δὲ τὰ ὀρυσσόμενα ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῆς ἀσπίδος.*

VII 33: *Ἀρταΰκτην, ὃς καὶ ἐς τὸ ἱρὸν . . . ἀγινεόμενος γυναῖκας ἀθέμισια ἔρδεσκε.*

I 100: *τὰς δίκας παρὰ ἐκεῖνον ἐσπέμπεσκον καὶ ἐκεῖνος διακρίνων ἐκπέμπεσκε.*

VI 12, 4: *ἐσκιητροφέοντο καὶ ἐσβαίνειν οὐκ ἐθέλεσκον.*

VII 5, 3: *οὗτος μέν οἱ λόγος ἦν τιμωρός, τούτου δὲ τοῦ λόγου παρενθήκην ποιέσκετο τήνδε . . .*

VII 119, 2: *τοῦτο μὲν ἄλφιτα ἐποίεον πάντες ἐπὶ μῆνας συχνούς· τοῦτο δὲ κτήνεα σιτεύεσκον ἐξευρίσκοντες τιμῆς τὰ κάλλιστα.*

III 117: *ἐκ τοῦ ὄρεος ῥέει ποταμός· οὗτος πρότερον μὲν ἄρδεσκε διαλελαμμένος πενταχοῦ τούτων τῶν εἰρημένων τὰς χώρας, διὰ διασφάγος ἀγόμενος ἑκάστης ἑκάστοισι.*

Buttmann hoc loco iterationem quasi localem esse dicit: (Ausführliche Sprachlehre p. I 383 in adnotatione): „Wiederholung nicht in der Zeit, sondern im Raume, da im vorhergehenden ausführlich gesagt ist, daß der Strom aus einem Tale durch fünf Schluchten zu fünf verschiedenen Völkern sein Wasser schicke.“ Quamquam potuisse in tali sententia iterativum adhiberi non nego, tamen hoc loco minime verisimile videtur, ob eam ipsam causam, quod haec res iam ex verbis antecedentibus satis cognosci poterat.

Iterativum positum est, quia non id cogitatur flumine agros continuo irrigari, sed quotienscumque in agris colendis aqua egebant, flumen undas suas dedisse. sententia igitur simillima est verbis sequentibus: *τὸν μὲν γὰρ χειμῶνα ὗει σφι ὁ Θεὸς ὥσπερ*

*) Verbi *εἶναι* formae *ἐσκε, ἔσκον* ab Herodoto non nisi in sententiis iterativis adhibentur: cf. IV 129. VI 133. 3. VII 119. 3. IX 40.

καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι, τοῦ δὲ θέρεος σπείροντες μελίνην καὶ σήσαμον χρήσκοντο (sic scribendum) *τῷ ὕδατι.* Editores omnes propter augmentum omissum *χρήσκονται* ex coniectura scribunt (codices omnes *χρησκοντο* habent), quamquam praesens ferri non potest. nam haec, quae narrantur, ad tempus praeteritum, ante cataractam aedificatam, referantur necesse est. Priusquam enim cataracta aedificaretur, quotiens opus erat, aqua fluminis utebantur. Iure igitur iterativum verbi *χρῆσθαι* legitur neque fingendum est verbum *χρήσκεσθαι* tota Graecitate ignotum.

Sed iterativum iam minus usitatum paulatim exstingui, id quod iam ex ipso numero colligi potest, ea re maxime demonstratur, quod Herodotus quibusdam locis iterativorum vim particula *ἄν* addita, qua saepe simplicis imperfecti sententiam iterativam significat, augendam et illustrandam esse iudicavit. Nam haec particula, quae actionem condicione quadam data evenire significat, aptissima est ad iterationem exprimendam. Itaque cum iterativum ex *κε* particula adiecta ortum esse satis constare putamus, bis eandem rationem repetendae actionis adhibitam videmus. Exempla sunt haec:

III 119: *ἡ δὲ γυνὴ φοιτῶσα . . . κλαίεσκε ἂν καὶ ὀδυρέσκειτο· ποιεῦσα δὲ αἰεὶ τωὐτὸ ἔπεισε Δαρεῖον.*

II 174: *ὅκως μιν ἐκλίποι τὰ ἐπιτήδεια, κλέπτεσκε ἂν περιιών· οἱ δὲ ἂν φάμενοι . . . ἄγεσκον, ὅκου ἑκάστοισιν εἴη.*

IV 42: *ὁρμηθέντες . . . ἔπλεον· ὅκως δὲ γίνοιτο φθινόπωρον, προσίσχοντες ἂν σπείρεσκον τὴν γῆν, ἵνα ἑκάστοτε γινοίατο καὶ μένεσκον· θερίσαντες δὲ ἂν ἔπλεον.*

dubium est hoc loco utrum particula ad verbum finitum an ad participium referenda sit. nam cum ante verbum saepe ponatur, ex collocatione verborum nihil colligi potest.

IV 78: *εὖτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν ἐς τὸ ἄστυ, . . τὴν μὲν στρατιὴν καταλίπεσκε ἐν τῷ προαστίῳ, αὐτός δὲ, ὅκως ἔλθοι . ., λάβεσκε ἂν Ἑλληνίδα ἐσθῆτα, ἔχων δὲ ἂν ταύτην ἠγόραζε· ταῦτα ποιέεσκε πολλάκις.*

IV 130: *ὅκως τοὺς Πέρσας ἴδοιεν, ἐποίεον τοιάδε· ὅκως . . . καταλίποιεν, αὐτοὶ ἂν ὑπεξήλαυνον· οἱ δ' ἂν Πέρσαι ἐπελθόντες λάβεσκον καὶ λαβόντες ἐπήροντο ἄν.*

Sed inprimis particula *ἄν* cum imperfecto coniungi solet, quo vis iterativa augeatur. nam Herodotus ipse in sententiis

iterativis aoristum cum ἄν particula coniunctum ponere nondum audet, sed hic est usus recentioris Graecitatis.

Non nunquam iterativum et imperfectum cum ἄν coniunctum in una sententia leguntur:

IV 128: *ἡ μὲν δὴ ἵππος τὴν ἵππον αἰεὶ τρέπεσκε, οἱ δὲ ἐσέπιπτον· ὁ δὲ πεζὸς ἂν ἐπεκούρεε.*

I 196: *ὥς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν, ἐς ἕν χωρίον ἐσάγεσκον. ἀνιστὰς δὲ κατὰ μίαν ἑκάστην ὁ κῆρυξ πωλέεσκε. . . ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο, οἱ δ' ἂν χρήματα ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δὴ διεξέλθοι ὁ κῆρυξ, ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεσιάτην.*

Praeterea ἄν cum imperfecto legitur:

II 109: *εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ ποταμός τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον.*

III 51: *ὁ δὲ ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπηλαύνετο ἂν καὶ ἀπὸ ταύτης· ἀπελαυνόμενος δὲ ἂν ἤιε ἐπὶ ἑτέρην.*

III 148: *ἐποίεε τοιάδε· ὅκως ποτήρια προθεῖτο, οἱ μὲν θεράποντες ἐξέσμων αὐτά, ὁ δὲ ἂν τὸν χρόνον τοῦτον . . . προῆγέ μιν· ὅκως δὲ ἴδοιτο, ἀπεθώμαζε τε καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε . . .*

VII 211, 3: *οἱ βάρβαροι . . ἐπῆσαν, οἱ δὲ ἂν καταλαμβανόμενοι ὑπέστρεφον.*

Iterationis vulgaris exempla permulta leguntur, quae secundum particulas enuntiati secundarii ordinata proferam. Quibus locis vis iterativa adverbiis aut pronominibus augetur, ea secus tractabo.

Longe maxima pars particulam ὅκως habet:

I 11: *ἐώθεε καὶ πρόσθε, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν.*

17: *ὅκως εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν.*

68: *ὅκως πειρῴατο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

I 100, 171, 186, 196. II 108, 120, 125, 133, 137, 150. III 125, 148. IV 129, 130. V 29. 1, 63. 1. VI 31. 1, 61. 3, 75. 1, 77. 3, 121. 2. VII 6. 4, 128. 2. VIII 52, 90. 4, 91, 105. 1, 128. 1. IX 116.

ὡς. I 17: *ὡς ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα . . . κατέβαλλε.*

ὅκῃ. I 204: *ὅκῃ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, ἀμήχανον ἦν διαφυγεῖν.*

ὅκου. VIII 115. 2: *ὅκου γινοίατο καὶ κατ' οὕστινας ἀνθρώπους, ἐσιτέοντο.*

ὁκότε. II 181: *ὁκότε ἔλθοι πρὸς αὐτὴν, ἐμίσγετο.*

εἰ. I 100: *εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μεταπεμψαιτο, . . . ἐδικαίευ.*

II 179: *εἴ τις ἀπίκοιτο, χρῆν ὀμόσαι.* — VI 138. 2. VII 6. 4. VIII 115. 2.

ἵνα. II 133: *ἔς τε τὰ ἕλεα καὶ τὰ ἄλσεα πλανώμενον καὶ ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι ἐνηβητήρια.*

VI 78. 1: *μαθὼν ποιεῦντας τοὺς Ἀργείους, ὁκοτοῦν τι . . . σημήνειε, . . .*

et *ἐπείτε* II 181: *τῇ ἐπείτε**) *συγκλίνοιτο, μίσγεσθαι οὐκ οἷός τε ἐγίνετο.*

Summa varietas est adhibendi quaedam adiectiva et adverbia ad significandam iterationem. Nominanda sunt inprimis pronomen ἕκαστος eiusque adverbium *ἑκάστοτε* et adverbium *αἰεί*. Nonnunquam sane sententia ipsa ita comparata est, ut spatium quod inter singulas actiones repetitas intersit, finiri necesse sit. velut:

I 192: *προσήιε ἑκαστης ἡμέρης.*

196: *ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἐποιέετο τάδε.*

III 97: *διὰ τρίτου ἔτεος ἀγίνεον δῶρα . . , ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ διὰ πεντετηρίδος ἀγίνεον.*

IV 112: *προσεχώρεον πλησιαιτέρω ἐπὶ ἡμέρῃ ἑκάσιῃ.*

V 17. 2. VI 61. 3.

Sed saepe his adverbiis sententia ipsa non variatur, sed inserviunt iterationi augendae. Praeter loca iam citata IV 121, 128 huc pertinent:

II 125: *μετεφόρεον (μηχανὴν) ἐπὶ στοῖχον ἕκαστον, ὅκως τὸν λίθον ἐξέλοιεν.*

IV 134: *ὡς ἕκαστοι ὥρων, ἐδίωκον.*

VI 31, 1: *ὅκως λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάσιην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους.*

VII 212, 2: *ἐν μέρει ἕκαστοι ἐμάχοντο.*

II 172, 1: *ποδανιπτῆρ, ἐν τῷ αὐτός τε καὶ οἱ δαιτυμόνες ἑκάστοτε ἐναπενίζοντο.*

IV 128: *τοῖσι ὑπολειπομένοισι ἔδοξε πλανᾶν μὲν μηκέτι Πέρσας, σῖτα δὲ ἑκάστοτε ἀναιρεομένοισι ἐπιτίθεσθαι.*

V 92, ζ 2: *ἐκόλουε αἰεὶ, ὅκως τινὰ ἴδοι.*

VII 128, 2: *νέα, ἐς τὴν περ ἐσέβαινε αἰεὶ, ὅκως τι ἐθέλοι ποιῆσαι.*

---

*) De *ἐπεί* cf. infra de enuntiato secundario pg. 56.

VIII 137, 3: *ὥκως ὀπτώη ὁ ἄρτος, διπλήσιος ἐγίνετο· ἐπεὶ δὲ αἰεὶ τωὐτὸ ἐγίνετο, εἶπε . . .*

Multo saepius tamen adverbia in enuntiato secundario collocantur aut ad participium adduntur, quae condicionem iterationis continent (cf. quae infra de enunt. sec. disserentur.)

Res singularis eoque notabilis legitur I 175:

ἦσαν Πηδασέες οἰκέοντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν, τοῖσι ὥκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει. τρὶς σφι τοῦτο ἐγένετο.

Ex enuntiato *τρὶς — ἐγένετο* apparet, etiam antecedentia ad praeteritum referenda esse eaque de causa optativus positus est. Sed haerebat aperte Herodotus, quo tempore in enuntiato primario uteretur. neque enim imperfectum *εἶχε* sententiae satisfaciebat neque aoristum in enuntiatione iterativa ponere audebat. Itaque scripsit praesens verbi *ἴσχειν* tanquam historicum, cui verbo, cum — fortasse ob sigma litteram — artius cum aoristo *σχεῖν* cohaerere videretur, saepius eadem sententia atque aoristo tribuitur ab Herodoto et Thucydide (cf. Her. I 42, III 36. Thuc. II 68. 6, VII 50. 3.) Praesens autem eo facilius poni poterat, quod praeteritum etiam ad praesens et in futurum valere significatur. cf. Odysseae *ω* 343. —

Thucydides unam formam sententiarum repetitarum habet; enuntiatum secundarium, quod optativum praesentis aut aoristi praebet, coniungitur cum primario, quod illud plerumque sequitur. temporis imperfecti exempla leguntur haec:

ὁπότε. I 90, 4: *ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο . . ., ἔφη . . .*

II 13, 7: *τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον, ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐσβάλοιεν.*

15, 1: *ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῆσαν.*

II 18. 2, 34. 7, 43. 1, 49. 3, 51. 4, 65. 9, 76. 4, 79. 6. III 21. 4, 68. 2. IV 23. 2, 26. 7, 77. 1, 100. 3. V 16. 1. VI 66. 1, 97. 5. VII 4, 44. 6, 70. 3, 75. 3. VIII 53. 3, 73. 5.

ὅτε. III 97, 3: *ὅτε μὲν ἐπίοι τὸ στρατόπεδον, ὑπεχώρουν, ἀναχωροῦσι δὲ ἐπέκειντο.*

ὡς. I 22, 3: *οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι.*

IV 4, 2: *ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον ἐγκεκυφότες, ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν.*

V 56, 4: *ὡς τύχοιεν ἑκατέρων τινὲς διεφθείροντο.*

VI 69, 1.: *ὡς ἕκαστός πῃ προσμείξειε, καθίσταντο.*

VII 70, 4: *ὡς τύχοι ναῦς νηὶ προσπεσοῦσα, πυκνότεραι ἦσαν.*

εἰ. I 18, 3: *εἴ τινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη ἐχώρουν.*

49, 4: *εἴ πῃ πιέζοιντο, φόβον παρεῖχον.*

II 8. 4, 49. 6 + 7, 75. 2. III 21. 1, 23. 2, 82. 7. IV 4. 3, 47. 3, 69. 2. VI 70. 3. VII 70. 8, 71. 3, 75. 4, 78. 1, 85. 1. VIII 66. 2: *εἴ τις ἀντείποι, εὐθὺς ἐτεθνήκει.*

VII 44, 5: *εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι κρείσσους ὄντες, διέφευγον, εἰ δὲ αὐτοὶ μὴ ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο.* = VII 79, 5.

II 51, 5: *εἴτε μὴ θέλοιεν . . ., ἀπώλλυντο· εἴτε προσίοιεν, διεφθείροντο.*

ἐπειδή. I 49, 3: *ἐπειδὴ προσβάλοιεν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο.*

II 10, 2: *ἐπειδὴ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο, . . ξυνῆσαν.*

VII 44. 8, 70. 5.

VIII 38, 4: *ἐπίπλους ἐποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἡσύχαζον.*

pronomen relativum:

I 50, 1: *τὰ σκάφη οὐχ εἶλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ἃς καταδύσειαν.*

99, 3: *ἠὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν.*

I 138. 3. II 52. 4. III 82. 8. IV 127. 2. VII 76. 1. VIII 93. 2. VI 15. 4 *ὅστις.* IV 55. 4 *ὅ, τι.*

adverbia relativa:

II 4, 1: *ᾗ προσπίπτοιεν, ἀπεωθοῦντο.* — II 79. 6, 84. 3, 100. 6, III 16. 1. IV 32. 4, 33. 2, 34. 1. II 100. 5. III 1. 1. IV 26. 6. 54. 4, 127. 2.

ὅσος. II 49, 6: *τὸ σῶμα ὅσον περ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι, οὐκ ἐμαραίνετο.* — VII 70. 5.

67, 4: *ὅσους λάβοιεν, διέφθειρον.* — IV 26. 7. VI 69. 1. VII 75. 4. VIII 14. 1.

VII 18, 3: *ὁσάκις περί του διαφοραὶ γένοιντο, οὐκ ἤθελον . . .*

ὁπότερος. III 12, 1: *ὁποτέροις θᾶσσον παράσχοι ἀσφάλεια θάρσος, οὗτοι πρότεροί τι καὶ παραβήσεσθαι ἔμελλον.*

Nonnunquam aut *ἕκαστος* (*πᾶς*) aut *αἰεί* adduntur in sententia primaria:

II 8, 4: *ἔρρωτό τε πᾶς καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις εἴ τι δύναιτο.*

15, 1: *ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῆσαν ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοί ἕκαστοι ἐπολίτευον.*

II 88, 2: *πρότερον μὲν γὰρ αἰεὶ αὐτοῖς ἔλεγε . .*

III 58, 4: *οὓς ἐτιμῶμεν κατὰ ἔτος ἕκαστον.*

IV 32, 4: *κατὰ νώτου τε αἰεὶ ἔμελλον αὐτοῖς, ἦ χωρήσειαν οἱ πολέμιοι.*

53, 2: *διέβαινεν αὐτόσε κατὰ ἔτος, ὁπλιτῶν τε φρουρὰν διέπεμπον αἰεί.*

V 16, 1: *. . αἰεὶ . . προβαλλόμενος, ὁπότε τι πταίσειαν.*

VI 15, 4: *. . ὧν καθ' ἓν ἕκαστον, ἐν ὅτῳ γίγνοιτο, ἔπρασσεν.*

VII 71, 3: *αἰεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο.*

75, 4: *ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά που τις ἴδοι.*

76: *παρεμυθεῖτο βοῇ χρώμενος ἔτι μᾶλλον ἑκάστοις καθ' οὓς γίγνοιτο.*

VIII 5, 3: *. . εὐθὺς ἐκασταχόσε παρῆν.*

73, 4: *. . οἳ ἐδόκουν αἰεὶ μάλιστα ἐναντιοῦσθαι τοῖς ξυνεστῶσι.*

73, 5: *οἱ δὲ ἀκούσαντες τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον μετῆσαν μὴ ἐπιτρέπειν.*

Praesens historicum in enuntiato primario legitur I 136, 2: *διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων κατὰ πύστιν ἦ χωροίη, ἀναγκάζεται . . καταλῦσαι.*

Aoristus quasi complectens singulas actiones repetitas bis exstat:

II 31, 3: *ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον ἐν τῷ πολέμῳ κατὰ ἔτος ἕκαστον ἐσβολαὶ Ἀθηναίων.*

IV 56, 1: *τοῖς δὲ Ἀθηναίοις τότε τὴν παραθαλάσσιον δηοῦσι τὰ μὲν πολλὰ ἡσύχασαν, ὡς καθ' ἑκάστην φρουρὰν γίγνοιτό τις ἀπόβασις, πλήθει τε ἐλάσσους ἡγούμενοι ἕκαστοι εἶναι καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ* (cf. II 49, 1. II 51, 5.)

Particulam *ἄν*, quam apud Herodotum saepe cognovimus, Thucydides ad imperfectum non addit. uno tamen loco necessitate coactus, in sententia iterativa aoristum et *ἄν* particulam adhibuit, VII 71, 3: *εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας ἐτρέποντο.*

Facile intellegitur Thucydidem imperfecto adeo non potuisse uti, ut formam orationis, quam alias aperte spernit, hoc uno loco adhibere mallet.

De iteratione praesentis.

In iteratione praesentis et futuri cavendum est, ne sententiae iteratae cum generalibus vel gnomicis confundantur. Nam hae, quae ut ita dicam leges aeternas ratione inventas continent, nihil iterationis habent. actiones repetitae nisi certarum personarum facta certa narrantur, non cogitantur. Ubicumque subiecti loco pronomina indefinita aut voces collectivae leguntur, iterationem veram supponere non licet. Sed ea re maxime cognoscuntur sententiae iterativae, quod certae personae nominantur. Tamen ut sententiae generales in omne tempus valent, ita iterativae ipsae quoque quodam modo ad tempus futurum referendae sunt. Quo fit, ut utriusque forma syntactica fere eadem sit, ita ut dici possit, iterationis praesentis formam propriam deesse, nisi quod passim adverbia et pronomina illa, quae iam in praeterito agnovimus, adduntur. In Homeri carminibus sententiae generales, in quibus etiam imagines numerandae sunt, permultae habentur. At verae iterationis exempla admodum rara sunt:

Δ 261: *εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι . . . δαιτρὸν πίνωσι, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ ἕστηχ' ὥς περ ἐμοί, πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγῃ.*

Δ 343: *πρώτω ἀκοντάζεσθον, ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζωμεν.*

Ν 270: *μετὰ πρώτοισι μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν ἵσταμαι, ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο.*

Ο 109: *τῷ ἔχεθ' ὅττι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσι ἑκάστῳ.*

Π 620: *χαλεπὸν σέ . . . πάντων ἀνθρώπων σβέσσαι μένος, ὥς κέ σευ ἄντα ἔλθῃ.*

Τ 290: *ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.*

Ω 416: *ἦ μέν μιν περὶ σῆμα ἑοῦ ἑταροῖο φίλοιο ἕλκει ἀκηδέστως, ἠὼς ὅτε δῖα φανήῃ.*

Tamen ubi iteratio non ipsa sententia significatur, forma syntactica a simplici enuntiato condicionali temporis futuri non differt. velut conferas *Υ* 335: *ἀλλ' ἀναχωρῆσαι, ὅτε κεν συμβλήεαι αὐτῷ, μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄιδος εἰσαφίκηαι. αὐτὰρ ἐπεί κε Ἀχιλεὺς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ, θαρσήσας δὴ ἔπειτα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι.*

In Odyssea iterationes praesentis hae:

η 71: *. . . λαῶν, οἳ μίν ῥα θεὸν ὣς εἰσορόωντες δειδέχαται μύθοισιν, ὅτε στείχῃσ' ἀνὰ ἄστυ.*

ϰ 8: *αἰεὶ παρὰ πατρὶ . . . δαίνυνται· κνισῆεν δέ τε δῶμα περιστεναχίζεται αὔλη ἤματα· νύκτας δ' αὖτε . . . εὕδουσι.*

λ 15—19, 301—303. μ 40. ξ 105. ο 407—411. τ 513—517.

Sui generis est usus praesentis cum particula *πάρος* coniuncti pro tempore praeterito:

δ 811: *οὔτι πάρος γε πώλεαι.*

η 201: *αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς ἡμῖν, εὖτε . . . ἔρδωμεν.*

ι 448: *οὔ τι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἰῶν, ἀλλὰ πολὺ πρῶτος νέμε' ἄνθεα . . .*

At in Herodoti libris, quibus tot gentium instituta moresque narrantur, non mirum est, quod ingens numerus sententiarum repetitarum praesentis exstat. quas cum singulas afferre taedeat, eas nomino, quarum vis iterativa aliquo modo — quod iam supra (in praeterito) tractavimus — aucta est:

I 183: *ἐπὶ τοῦ μέζονος βωμοῦ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι τότε, ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι.*

IV 66: *ἄπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ὁ νομάρχης ἕκαστος κίρναται κρητῆρα οἴνου.*

IX 93, 1: *πρόβατα, τὰ τὰς μὲν ἡμέρας βόσκεται, . . . τὰς δὲ νύκτας ἄνδρες οἱ δοκιμώτατοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκασος.*

I 136. III 6. IV 7, 62, 105, 180. V 82. 3. IX 110. 2.

In sententiis magis generalibus quam iterativis denique propria forma dialecti Ionicae, ut videtur, invenitur, cuius exempla imprimis Herodotus praebet, vestigia tamen quamvis exigua in Homeri carminibus leguntur. Namque cum enuntiatum secundarium suam formam retineat, in primario aoristus gnomicus cum *οὖν* vel *ὦν* particula arcte coniunctus ponitur. Atque aoristum gnomicum non solum per se, sed etiam cum sententiis condicionalibus coniunctum iam Homero usitatissimum esse, satis constat. Huius autem usus id maxime proprium est, particulam *ὦν* necessario addi ita, ut aut post verbum simplex aut post praepositionem verbi compositi collocetur. Aoristum gnomicum cum condicione coniunctum sine particula *ὦν* Herodotus non adhibet. Quam particulam eam quoque vim habere posse, ut universitatem quandam sententiae significet, satis notum est. quam vim semper servavit in sententiis relativis. ut autem cum pronomine relativo arctissime cohaeret et tanquam unam vocem efficit, ita cum praepositionibus verborum compositorum coalescere solet·

Homericum unum exstat exemplum, quod eandem fere formam quam Herodotus, exhibet:

T 94: *τῇ μέν τε ἀπαλοί πόδες· οὐ γὰρ ἐπὶ οὔδει πίλναται, ἀλλὰ βαίνει βλάπτουσα ἀνθρώπους· κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε ἐπέδησεν.*

Deinde occurrit apud hos poetas:

Epicharm. frg. 35 (Kaibel): *καΐκα τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν, τήνῳ κυδάζομαι τε κἀπ' ὧν ἠχθύμαν.*

Hippon. fr. 61 (Bergk): *ἀπ' ὧν ἔδυσεν*

Simon. Amorg. 7, 45: *ἢ σύν τ' ἀνάγκῃ σύν τ' ἐνιπῇσιν μόγις ἔσιερξεν ὧν ἅπαντα καὶ πονήσατο ἀρεστά.*

Herodoti locos 18 numero:

I 132: *ἐπεὰν ἑψήσῃ τὰ κρέα, ὑποπάσας ποίην, ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὧν πάντα τὰ κρέα.*

In ceteris omnibus verbum compositum est:

I 194: *ἐπεὰν ὧν ἀπίκωνται, . . . τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπ' ὧν ἐκήρυξαν, τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἀπελαύνουσι.*

II 39: *τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ καὶ Ἕλληνές σφι ἔωσι ἐπιδήμιοι, οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὧν ἔδοντο, τοῖσι δὲ ἂν μὴ παρέωσι, ἐκβάλλουσι.*

40: *ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὸν βοῦν, κατευξάμενοι κοιλίην μὲν κείνην πᾶσαν ἐξ ὧν εἷλον.*

47: *ἐπεὰν θύσῃ, τὴν οὐρὴν . . . κατ' ὧν ἐκάλυψε.*

70: *ἐπεὰν νῶτον ὑὸς δελεάσῃ περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς τὸν ποταμὸν. . . ἐπεὰν δὲ ἐξελκυσθῇ, πρῶτον ὁ θηρευτὴς πηλῷ κατ' ὧν ἔπλασε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς.*

85: *τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἄνθρωπος, τὸ θῆλυ γένος πᾶν . . κατ' ὧν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ ἔπειτα τύπτονται.*

86: *πρῶτα ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον· μετὰ δὲ λίθῳ παρασχίσαντες ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην.*

87, 88, 96, 122. III 82. IV 60, 196. VII 10, ε.

Illud *οὖν* in hunc modum adhibitum exstat praeterea in libro Hippocrateo *περὶ νούσων*. In Littrei editione ex textu remotum legitur tantum in apparatu critico. atque unus codex ϑ servasse videtur:

cp. 8 (p. 154): *πῦον ἔχονιι ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ οὐκ εἰδότες ὅ, τι ἔχει δόντες ἄνω φάρμακον, ἐξ οὗν ἤμεσε τὸ πῦον καὶ ἐγένετο ὑγιής.*

cp. 14 (p. 164): *πτύουσι αἷμα καὶ ἐνίοτε καὶ ἐμέουσι καὶ ὡς τὰ πολλὰ δι' οὖν ἐφθάρησαν* (*διουνεφϑ.* sine accentu et spiritu cod.).

cp. 15 (p. 168): *ἐνίοτε ταράσσεται ἡ κοιλίη καὶ δι' οὖν ἔφθειρε τὸν ἄνθρωπον.*

cp. 18 (p. 172): *ὅταν ὁ πλεύμων εἰρύσῃ, οὐκ ἂν ἔτι μετασταίη ἀλλὰ δι' οὖν ἔφθειρεν . . .*

cp. 20 (p. 178): *ὁκόταν πλέον γένηται, μετ' οὖν ἔστη τὸ πλήρωμα.*

cp. 21 (p. 182): *πῦον πυόντες ἀνὰ πάσην ἡμέρην δι' οὖν ἐφθάρησαν.*

cp. 30 (p. 200): *ὁκόταν οὖν χολὴ ἐς τὰς φλέβας ἐσέλθῃ, δι' οὖν ἐκίνησε τὸ αἷμα.*

Denique cp. 19 (p. 174) textu depravato: *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς . . . φλέγμα καταρρέον ἐς τὸ φῦμα σήπεταί τε καὶ πῦον γίνεται καὶ πύηται, δι' οὖν ἐφθάρη (ϑ)*, legendum videtur . . *καὶ ⟨ἦν⟩ πύηται* . . . ceteri codices *καὶ πύεται, δι' οὗ ἐφθάρη.*

Aoristus solus exstat cp. 8 (p. 154): *φάρμακον ἄνω θεραπεύοντες . . . ὑγιέα ἐποίησαν — φάρμακον δόντες φλέβα ἐν τοῖσι στήθεσι ἔρρηξαν καὶ ἐγένετο νοῦσος — καὶ γυναικὶ φάρμακον δόντες ἡ κοιλίη ἐξέτρωσεν τὸ ἔμβρυον* quibus locis fortasse *οὖν* in codicibus omissum est.

Etiam in dialecto Attica nonnunquam in eius modi sententiis aoristus gnomicus legitur, sed particula *οὖν* omissa. velut Plat. Symp. 188a: *ὅταν ὁ μετὰ τῆς ὕβρεως Ἔρως ἐγκρατέστερος περὶ τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥρας γένηται, διέφθειρέν τε πολλὰ καὶ ἠδίκησεν.*

Thucydides, qui narret potius quam describat, iterationem praesentis raro adhibet. Simplex forma iterationis exstat II 34. 3. II 11. 9. II 35. 2, 44. 1 + 2. III 39. 4. V 65. 4. VI 3. 1, 18. 7.

Aut *αἰεί* aut *ἕκαστος* leguntur:

II 34, 3: *αἰεὶ ἐν τῷ αὐτῷ θάπτουσι.*

87, 8: *θαρσοῦντες οὖν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἔπεσθε, χώραν μὴ προλείποντες, ᾗ ἄν τις προσταχθῇ.*

Iteratio futuri exstat III 82, 2: *γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα . . ., μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα καὶ διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἑκάσταις αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται.*

Aoristi quoque gnomici in sententia iterativa exemplum exstat: I 70, 7: *ἦν ἄρα του καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν.*

De enuntiato secundario.

Enuntiatum secundarium ab initio constans et simplex est. Est autem iterativum, si actio secundaria eodem modo quo primaria repetita cogitatur, ita ut ambae unam faciant actionem plenam. Plerumque actio secundaria primariam spatio temporis antecedit. Actiones ita inter se cohaerent, ut altera alterius tamquam condicio sit. Quae res in iteratione praeteriti optativo significatur. In tota sententia plus ponderis habet enuntiatum primarium, quod quamquam a condicione pendet, tamen, ut ita dicam, historicum esse, non fictum, ea re maxime indicatur, quod particula *ἄν* in enuntiato secundario non admittitur. Itaque inde ab Homero *ἄν* non legitur. Optativus aoristi multo frequentior est quam praesentis, quamquam non crediderim ea re prioritatem actionum significari. Enuntiata secundaria incipiunt a particula *ὅτε* aut *ὁπότε*, a pronomine relativo *ὅς* aut *ὅστις*, raro occurrunt *εἰ*, *ἐπεί*, *ὁσσάκις*. In Iliade et *ὅτε ὁπότε* et *ὅς-ὅστις* sine discrimine adhibentur: *ὅτε A* 610. *Θ* 189. *K* 11. *X* 15, 78. *N* 320. *P* 461, 725. *T* 132. *Y* 226. *X* 501. *ὁπότε Γ* 232. *Δ* 334. *I* 191. *K* 189. *N* 710. *O* 284. *Σ* 524, 544. *T* 315.

ὅς B 198. *Δ* 230. *Z* 59. *O* 22. *ὅστις B* 145. *E* 300. *K* 489. *M* 266, 428. *O* 730. *εἰ I* 316. *Ω* 768. *ἐπεί Θ* 270. *ὁσσάκις X* 194. *Φ* 265.

In Odyssea *ὅτε* particula frequentissima est: *δ* 192. *ϑ* 87, 90, 290. *ι* 208. *λ* 510, 512. *μ* 237, 239. *ξ* 219, 521. *π* 140. *σ* 5. *τ* 49, 370. *ὁπότε γ* 282. *λ* 596. *μ* 380. *ξ* 217.

Pronomen relativum minus frequens: *ὅς λ* 290. *ὅστις ι* 94. *μ* 330. *ρ* 316. *χ* 313, 414. *ψ* 65.

Herodotus inprimis coniunctione *ὅκως* utitur, cuius exempla fere 50 numero. Occurrunt praeterea *ὡς* 4×, *εἰ* 4×, *ὁκότε* 2×, *ἐπείτε* (II 181), *ἵνα* 2×, *εὖτε* (IV 78), *ὅκῃ* (I 204), *ὅκου* 4× et pronomina *ὅς* 3×, *ὅστις* 3×, *ὅσος* (III 148). cf. pg. 46.

Apud Thucydidem magna varietas coniunctionum exstat (cf. pg. 48): *ὁπότε* 28×, *ὅτε* (III 97, 3), *ὡς* 7×, *εἰ* 24×, *εἴτε-εἴτε* (II 51. 5), *ἐπειδή* 4×, *ἐπεί* 1×, deinde pronomen relativum 10×, *ᾗ* 10×, *ὅπῃ* 3×, *ὁπόθεν, οὗ, ὅστις* 1×, *ὅσος* 7×, *ὁπότερος* et *ὁσάκις* 1×.

Aliquid proprii inesse videtur in particula *ἐπεί*, quae apud Homerum his locis legitur:

Θ 269: *ὁ ἥρως, ἐπεὶ ἄρ τιν' ὀιστεύσας ἐν ὁμίλῳ*
βεβλήκοι, ὃ μὲν αἶψα πεσὼν ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν.

hoc loco *ἐπεί* a coniunctione *ὅτε* non differt. Etiam *Ω* 16 *οὐδέ μιν ἠὼς φαινομένη λήθεσκεν . . ἀλλ' ὄγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους, Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο* eodem iure *ὅτε* poni poterat. Aliter res se habet *β* 104: *νύκτας δ' ἀλλύεσκεν, ἐπεὶ δαΐδας παραθεῖτο.* sentimus *ὅτε* hoc loco minus aptum esse, cum actio enuntiati secundarii non tam arcte cum primario coniungatur sed tamquam libera accedat. Ita *ξ* 19 sententia ab *ἐπεί* pendens tantum ab antecedente distat, ut formam enuntiati primarii non tam temporalis quam causalis acceperit: *τοὺς γὰρ μινύθεσκον μνηστῆρες, ἐπεὶ προίαλλε συβώτης . . . αἰεὶ τὸν ἄριστον.* Herodotus praeter *ἐπείτε* II 131 nusquam hanc coniunctionem iterative adhibuit. Apud Thucydidem *ἐπειδή* his locis legitur: I 49, 3: *ἐπειδὴ προσβάλοιεν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο.* II 10, 2: *ἐπειδὴ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο, ξυνῆσαν.* VII 44, 8: *ἐπειδὴ ἐς τὸ ὁμαλὸν καταβαῖεν, . . διεφύγγανον.* 70, 5: *ἐπειδὴ προσμείξειαν, ἐπειρῶντο.*

ἐπεί cum optativo iterativo in sententia satis notabili exstat VIII 38, 5: *αἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον.*

Nimirum fieri potest, ut ad sententiam iterativam enuntiatum non iteratum addatur. Apparet tum indicativum ponendum esse. velut *Z* 460: *Ἕκτορος ἥδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο. I* 352: *ὄφρα ἐγὼ μεὶ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον, οὐκ ἐθέλεσκε μάχην . . ὀρνύμεν.* Rursus, si enuntiatum secundarium iteratum, primarium simplex est, optativus non magis quadrat. Ita legitur apud Herodotum I 67: *ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἐσσοῦντο, . . . ἐπειρώτων* et VIII 137, 3 *ἐπεὶ δὲ αἰεὶ τωυτὸ τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε . . .*

Praeter optativum apud Homerum non numquam iterativum occurrit: *Ω* 752 *Ἀχιλεὺς πέρνασκε ὃν τινα ἕλεσκε* (cf. Hes. fr. 112).

T 134: *ὅτε δὴ αὖτε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ Ἀργείους ὀλέκεσκεν ἐπὶ πρυμνῇσι νέεσσι, οὐ δυνάμην λελαθέσθ' ἀάτης . . .* Denique *Ω* 392: *τὸν μὲν ἐγὼ μάλα πολλὰ μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπα, καὶ εὖτ' ἐπὶ νηυσὶν . . Ἀργείους κτείνεσκε.* ad perfectum cf. *Γ* 232. *T* 85.

Adverbia vel pronomina iterativa in sententia secundaria apud Homerum nondum inveniuntur sed eius usus tamquam elementa cognoscuntur. nam cum participio nonnunquam *αἰεί* ad sententiam iterativam significandam coniungitur:

B 88: *ἠύτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.*

Θ 341: *ὣς Ἕκτωρ ὤπαζε κάρη κομόωντας Ἀχαιοὺς αἰὲν ἀποκτείνων τὸν ὀπίστατον.* = *Λ* 154, 178.

I 322. *λ* 608. *ϱ* 103.

Apud Herodotum pronomen *ἕκαστος* et adverbia *ἑκάστοτε, αἰεί* persaepe adhibentur*). cum participio *ἕκαστος* coniungitur III 117 *διὰ διασφάγος ἀγόμενος ἑκάστης ἑκάστοισι* — et *αἰεί*: II 168 *ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο.* VII 23, 1 *παρεδίδοσαν τὸν αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν ἄλλοισι.* VII 108, 1 *τοὺς αἰεὶ γιγνομένους ἐμποδὼν συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε.* IX 102, 4 *ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐσπίπτουσι.* IX 116, 3 *τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι εἶναι τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος.* VII 223, 3 *ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα αἰεὶ τὸ πρόσω ἐποτρύνοντες.*

In primis autem in sententiis secundariis collocantur: II 174 *ἄγεσκον, ὅκου ἑκάστοτε εἴη.* IV 42 *σπείρεσκον, ἵνα ἑκάστοτε γινοίατο* (cf. VIII 115, 3). IX 1 *ὅκου ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε.* itaque cum iteratio ipso pronomine satis significaretur, Herodotus saepe indicativum quam optativum ponere maluit:

II 137: *ἐπιτάσσοντα χοῦν πρὸς τῇ ἑωυτῶν πόλι, ὅθεν ἕκαστος ἦν* (cf. V 37, 2).

I 133: *ἡμέρην ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι τῇ ἕκαστος ἐγένετο.*

τ 106: *χωρὶς μὲν γὰρ φόρον ἔπρησσον παρ' ἑκάστων, τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον, χωρὶς δὲ τοῦ φόρου ἥρπαζον τοῦτο ὅ, τι ἔχοιεν ἕκαστοι.*

IV 134. VI 110. IX 49, 3.

Saepe ipsum pronomen relativum indefinitum, cui vis quaedam distributiva inerat, satis fuisse videtur ad iterationem indicandam. Ita indicativus in enuntiato relativo legitur:

---

*) Herodotus solus etiam in praeteriti enuntiato secundario *ἄν* particulam admisisse videtur: I 196 *ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, . . . ταύτας ἐσάγεσκον*, nisi particula ex pronomine *αἱ* nata est.

II 102: *ὀτέοισι μὲν νὺν αὐτῶν ἀλκίμοισι ἐνετύγχανε, τούτοισι στήλας ἐνίστη . . ., ὀτέων δὲ ἀμαχητὶ παρέλαβε τὰς πόλιας, . . . ἐνέγραφε.*

III 79: *ἔκτεινον ὅκου τινὰ μάγον εὕρισκον.*

IV 200. VII 83, 1. VIII 113, 3 (*εἰ*).

Thucydides ipse quoque pronomine *ἕκαστος* saepe utitur, modo indicativo, modo optativo sequente. indicativus legitur.

I 93, 2: *οἱ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται, ὡς ἕκαστόν ποτε προσέφερον.*

II 21, 3: *χρησμολόγοι ἦδον χρησμούς, ὧν ἀκροᾶσθαι ὡς ἕκαστος ὥρμητο.*

52, 4: *ἔθαπτον, ὡς ἕκαστος ἐδύνατο* (cf. III 90, 1. IV 34, 1.)

II 90, 4. IV 25, 2; 55, 1. V 68, 3. VI 76, 3. VII 57, 1.

et IV 14, 2: *κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν.*

optativus:

II 10, 2: *ἐπειδὴ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο . . .*

IV 4, 2: *συνετίθεσαν, ὡς ἕκασιόν τι συμβαίνοι.*

IV 56, 1: *τὰ μὲν πολλὰ ἡσύχασαν, ὡς καθ' ἑκάστην φρουρὰν γίγνοιτό τις ἀπόβασις.*

VI 69, 1: *ὡς ἕκαστός πη . . . προσμείξειε, καθίσταντο.*

Apud participium *αἰεί* vel *ἕκαστος* legitur:

II 76, 2: *ἰζάνοντος αἰεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον.*

III 23, 2: *ὁ δὲ διακομιζόμενος αἰεὶ ἵστατο ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου.*

77, 1: *παρεσκευάζοντο ἑξήκοντα ναῦς καὶ τὰς αἰεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον.*

VII 5, 1: *παρέτασσεν ἐξάγων αἰεὶ πρὸ τοῦ τειχίσματος τοὺς Συρακοσίους.*

I 22, 3: *οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις ἑκάστοις οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον.*

IV 66, 1: *πιεζόμενοι ὑπὸ Ἀθηναίων αἰεὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον ὃς ἐσβαλλόντων. —*

Sententia iterationis praesentis ab iteratione praeteriti diversa est, ita ut magis spectet ad sententiam universam vel gnomicam. neque id summum est, actionem praedicatam repeti, sed ex condicione enuntiati secundarii necessario sequi. Quo fit, ut enuntiato secundario vel condicioni plus tribuatur quam primario, id quod *ἄν* particula significatur, quae iam apud

Homerum maiore ex parte, postea necessario additur. Coniunctiones adhibentur ab Herodoto longe plurimis locis *ἐπεάν, ἐάν* et pronomen relativum. cf. exempla quae infra ex secundo libro afferuntur. Possitne deesse *αν* particula apud Herodotum, dubium, in codicibus sane nonnunquam deest (II 13). Adverbia eadem ratione atque in praeterito ponuntur. I 90: *τοῦ ἂν ἑκάστοτε δέῃ.* III 96: *κατακόπτει τοσοῦτον, ὅσου ἂν ἑκάστοτε δέηται.* IV 94: *ἀποπέμπουσι ἐντελλόμενοι, τῶν ἂν ἑκάστοτε δέωνται.* 172: *ὡς ἕκαστός οἱ μειχθῇ διδοῖ δῶρον.*

In sententiis iterativis orationis obliquae ab Herodoto optativus obliquus non ponitur:

II 177: . . . *ἀποδεικνύναι πάντα τινά ὅθεν βιοῦται.* III 27: *ἔφραζον ὡς ἐπεὰν φανῇ, τότε ὁρτάζοιεν.*

III 52: *κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν ὑποδέξηταί μιν, . . . ζημίαν τοῦτον ὀφείλειν.*

In sententiis secundariis et praesentis et praeteriti multo saepius aoristus quam praesens legitur. coniunctivus praesentis apud Herodotum tam raro occurrit, ut nisi propria de causa poni non videatur. exempli gratia sententias iterativas praesentis libri secundi ascribo:

3: *τὰ ἂν ἐπιμνησθέω, ἐπιμνησθήσομαι.*
13: *εἰ μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ, οὐκ ὑπερβαίνει.*
14: *ἐπεὰν ἄρσῃ — τότε ἕκαστος ἐσβάλλει.*
19: *ἐπέρχεται ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ.*
29: *ἢν ἀπορραγῇ, τὸ πλοῖον οἴχεται.*
38: *ἐπεάν τις ἀποθάνῃ, τούτου ὁ παῖς ἀντικαθίσταται.*
ἢν . . . ᾖ καθαρός, σημαίνεται.
39: *ἀγαγόντες ὅκου ἂν θύσωσι, ἀνακαίουσι.*
40: *ἐπεὰν ἀποτύψωνται, προτίθενται.*
41: *ἐπεὰν σαπῇ καὶ προσίῃ ὁ χρόνος, ἀπικνέεται.*
46: *ἐπεὰν ἀποθάνῃ, πένθος τίθεται.*
47: *σιτέονται ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ ἂν θύωσι* (A B C: *θύσωσι*).
60: *ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι.*
— γένωνται, —
— ἀπίκωνται, ὁρτάζουσι.
62: *ἐπεὰν συλλεχθέωσι — καίουσι.*
οἳ δ' ἂν μὴ ἔλθωσι, καίουσι.

63: *εὖτ' ἂν γίνηται* (RV *γένηται*) — *πεπονέαται.*
65: *τὸ δ' ἂν ἑλκύσῃ, διδοῖ·*
τὸ δ' ἄν τις ἀποκτείνῃ, ἀποτίνει ζημίην, τὴν ἂν τάξωνται.
ὃς δ' ἂν ἀποκτείνῃ — ἀνάγκη.
66: *ἐπεὰν τέκωσι, οὐκέτι φοιτῶσι.*
ἐν ὀτέοισι ἂν ἀποθάνῃ, ξυρῶνται.
67: *θάπτουσι, τῇ ἂν εὑρεθέωσι.*
68: *ἐπεὰν ἐκβῇ καὶ χάνῃ — καταπίνει.*
70: *ἐπεὰν δελεάσῃ, μετίει.*
73: *φασί, ἐπεὰν ἀποθάνῃ*
ἐπεὰν ἀποπειρηθῇ, . . ἐντιθέναι.
78: *ἐπεὰν γένωνται, περιφέρει.*
82: *ἢν . . γένηται — νομίζουσι.*
85: *τοῖσι ἂν ἀπογένηται — τοῦ τις λόγος ἦ —*
κατ' ὧν ἐπλάσαντο
ἐπεὰν ποιήσωσι — κομίζουσι.
86: *ἐπεὰν κομισθῇ — δεικνύουσι*
ἐπεὰν παρέλθωσι — κατειλίσσουσι.
89: *ἐπεὰν τελευτήσωσι — διδοῦσι*
ἐπεὰν γένωνται — διδοῦσι.
90: *ὃς ἂν φαίνηται τεθνεὼς — καὶ' ἣν ἂν πόλιν*
ἐξενειχθῇ, . . ἐστὶ . .
91: *ἐπεὰν φανῇ — εὐθενέειν.*
92: *ἐπεὰν γένηται καὶ πελαγίσῃ — φύεται*
ἐπεὰν δρέψωσι — αὐαίνουσι
ἐπεὰν ἀνασπάσωσι τρέπουσι
οἳ ἂν βούλωνται — τρώγουσι
ἐπεὰν λάβωσι — αὐαίνουσι.
93: *ἐπεὰν ἐσίῃ — πλέουσι*
— γένωνται — —
οἳ δ' ἂν ἁλῶσι — φαίνονται
ἐπεὰν ἄρχηται — ἄρχεται
— ἀπολίπῃ — ἀπαλάσσουσι
— ἐπέλθῃ — γίνονται.
94: *ἐπεὰν συλλέξωνται — ἀπιποῦσι.*
95: *ἢν εὕδῃ — δάκνουσι.*
96: *ἐπεὰν ναυπηγήσωνται — τείνουσι*
οὐ δύνανται πλέειν, ἢν μὴ ἐπέχῃ . .

97: *ἐπεὰν ἐπέλθῃ — φαίνονται*
πορθμεύονται, ἐπεὰν τοῦτο γένηται.
113: *ἢν ἐπιβάληται — οὐκ ἔξεσι.*
123: *ἐπεὰν περιέλθῃ — ἐσδύνειν . .*
153: *ἐπεὰν φανῇ — τρέφεται ὁ Ἄπις.*
173: *ἐπεὰν δέωνται — ἐντανύουσι, ἐπεὰν δὲ χρήσωνται — ἐκλύουσι* (cf. III 96).

coniunctivus praesentis igitur nisi ad diuturnitatem significandam non adhibetur.

Apud Thucydidem praesens paulo frequentius est.

VITA.

Natus sum Winfridus Lotharius Henricus Kluge Berolini anno 1887 a. d. XVII Kal. Febr. patre Winfrido, qui matura morte anno 1896 nos erat relicturus, matre Magdalena, e gente Wagner. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam in publica schola Berolinensi prima elementa didici, inde ab anno 1897 Berolini gymnasium regium Ioachimicum Carolo Bardt rectore clarissimo per annos novem frequentavi. Vere anni 1906 maturitatis testimonio ornatus numero civium universitatis litterarum Berolinensis adscriptus sum, cuius scholis per novem semestria continua interfui. docuerunt me viri doctissimi Diels, Münch, Norden, Riehl, Roethe, W. Schulze, Vahlen, Wilamowitz, quibus omnibus quae debetur habeo gratiam. Sed Guilelmi Schulze nomen propterea inprimis mihi afferendum est, quod hanc dissertationem summa liberalitate suasit et aluit. Neque minus de me meruit Ioannes Vahlenus, cui quantum et ob seminarii exercitationes acutissimas et privata beneficia debeam, nunquam non memor ero. — Proseminarii sodalis fui unum semestre, seminarii philologici extra ordinem quattuor, ordinarius tria semestria, quorum duo senior. Examen rigorosum die II mensis Martii superavi.